

2  
1

ZRG 3-0

D&D

G-E

VA

WFO



PAV  
DE MIE  
WFO  
DEL

C. 1190978

T. 151971

EMILIA OSNO  
SELESTYMA BOB  
PAVLO VMO  
estmited of dno dno

ENTAVVINE  
SETECHENTOS  
QVARTO, ANO

dos de officio quatuordecim





ADUMBRATIO  
LIBERORUM  
MURATORUM,  
SEŪ

FRANCS-MASSONS,  
VI CUJUS EORUM SOCIETAS,  
Origo, Ritus, Mores &c.  
deteguntur.

AUTHORE

*P. FR. JOHANNE A MATRE DEI,  
Cesaraugustano, Taurini ac Salmanticae  
Sacrae Theologiae Professore, ac Secretario  
Generali Ordinis Excalceatorum  
SS. Trinitatis Redemptionis  
Captivorum. &c.*

---

MATRITI apud Typographiam Antonii  
Marin anno MDCCLI.

AD UMBRATUM  
LIBERORUM  
MURATORUM  
SEU

FRANCIS-MASSONS,  
VI CUIUS FORUM SOCIETAS,  
Origo, Ritus, Mores &c.  
describitur.

AUTHORE

P. FR. JOHANNES A. KATZBERGER  
Cassanensis, Theologiae Professor, ac  
Sacer Theologiae Professor, ac  
Germaniae Oratoris Praeceptorum  
22. Trinitatis Redemptoris  
Capitulum &c.

MARTINI apud Typographum  
Munich anno MDCCCL.



R. 11614

BENEDICTA SIT

Sanctissima Trinitas.

**F**R. Rodericus à Sancto Lau-  
reano Minister Generalis  
Ordinis Excalceatorum Sanctif-  
simæ Trinitatis Redemptionis  
Captivorum primitivam Regu-  
lam profitentium &c. Ex com-  
missione nostri Diffinitorii Ge-  
neralis tenore præsentium facul-  
tatem concedimus P. Fr. Joanni  
à Matre Dei, nostro Secretario,  
ut typis edere possit Opus à se  
elucubratum, & *Adumbratio Li-  
berorum Muratorum* inscriptum,  
quod à Viris doctis nostri Sacri  
Ordinis recognitum est, & ap-  
probatum. Datis in nostro Con-

ventu Matritensi manu nostra,  
ac Secretarii Chyrographo sub-  
scriptis, sigillique nostri Officii  
impresione munitis die decima  
octava Julii anni Domini mille-  
simi septingentesimi quinquage-  
simi primi.

*Fr. Rodericus à S. Laureano;*

Minister Gener.

Mandato P.N. Ministri Gen.

*Fr. Antonius à Conceptione;*

Secretarius.

*Appro-*



Approbatio R. A. P. Francisci Antonii  
Mariani de Corbariâ S. Theologiae  
Lectoris Jubilati, Qualificatoris S. Offi-  
cii Romani ac Secretarii Generalis Or-  
dinis Minorum Observantium.

**E**X commissione D. D. Didaci  
Antonii Diez Madroñero Vi-  
sitoris Ecclesiastici, ac Vices ge-  
rentis Matriti & in ejus districtu pro  
Rmô. D. Vicariô Serenissimi D. D.  
Archiepiscopi Toletani Cardinalis  
Hispaniarum Infantis &c. Librum  
sumptuâ voluptate legi, cui titulus:  
*Adumbratio Liberatorum Muratorum à*  
Rmô. P. Fr. Johanne à Matre Dei  
doctè compositum. Nihil in eô de-  
prehendi aut Catholicae fidei, aut  
bonis moribus adversum. Eam ho-  
minum Societatem, qui *Liberi Mu-  
ratores* dici volunt, quosvè aptius  
appellaveris cum *Perfiô curvas in*  
*terris animas & Coelestium inanes,* eas-  
que

que tenebras superstitiosi eorum ar-  
cani, in quod ceu in mirificam la-  
tebram se conjiciunt, dissipat per-  
picuis & solidis argumentis. Quarè  
censeo, ut Christianae ac publicae  
rei bono in lucem edatur. Mantuae  
Carpetanorum ex Coenobiô S.P.N.  
Francisci die 1. Augusti 1751.

*Fr. Franciscus Antonius Marianî*  
*de Corbariâ.*

*Licencia del Ordinario.*

**N**OS el Licenciado D. Diego Antonio Diez Madroñero, Visitador Eclesiastico del Partido de esta Villà de Madrid, y Teniente Vicario en ella, y su Jurisdiccion, &c. Por la presente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima el Libro, ò Papel intitulado: *Adumbratio Liberatorum Muratorum*, seù *Francs-Massons*, su Autor Fr. Juan de la Madre de Dios, Lector de Theologia, y Secretario General de su Religion de Descalzos de la Santissima Trinidad, Redempcion de Cautivos: atento

estàr visto , y reconocido de  
nuestra orden por el R. P. Fr.  
Francisco Antonio Mariani de  
Corbaria , Secretario General del  
Orden Seraphico de nuestro Pa-  
dre San Francisco , y por su Cen-  
sura constàr no tener cosa opues-  
ta à nuestra Santa Fè Catholica,  
y buenas costumbres. Fecha en  
Madrid à veinte y quatro de Ju-  
lio , año de mil setecientos cin-  
quenta y uno.

*Lic. Modroño.*

Por su mandado,

*Joseph Daganzo.*

*Appro-*

*Approbatio A. R. P. Joannis Ignatii  
Guerrero Societatis Jesu, & in Colle-  
gio Imperiali Theologiae Magistri.*

**D**E mandato Regii ac Supremi  
Castellæ Senatus hoc Opuscu-  
lum legi, cui titulus: *Adumbratio  
Liberorum Muratorum*, seu *Francos-  
Massons*, elaboratum à R. A. P. Fr.  
Joanne à Matre Dei ex præclara,  
Venerabili, ac Societati nostri præ-  
dilecta Familia Excalceatorum Or-  
dinis Sanctissimæ Trinitatis, Re-  
demptionis Captivorum, perutile  
fanè ac opportunum valdè hisce  
temporibus, in quibus quidam cœ-  
cutientes homines tenebras ipsas  
perniciosi silentii tenebris contege-  
re nituntur. Ne verò cæci cæcos  
ducentes, omnes in foveam cadant,  
memoratus Magister scopulos ape-  
rit, in cautos decipiendos monet,  
præcipitium removet, lucemque

parat non exiguam. Quapropter, & quia nihil in hoc Opusculo Catholicæ fidei, sanæ doctrinæ, bonis moribus, aut juri Regio contrarium inveni, illud typis & luce publicâ dignum censeo. In hoc Collegio Imperiali Madritensi Societatis Jesu die 28. Julii ann. 1751.

†  
JHS.

*Joannes Ignatius Guerrero.*

---

*Licencia del Consejo.*

**D**ON Joseph Antonio de Yarza, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escribano de Camaras antiguo, y de Gobierno del Consejo: Certifico, que por los Señores de èl se ha concedido licencia à Fr. Juan de la Madre de Dios, del Or-

Orden de Descalzos de la Santissima Trinidad, Redempcion de Cauvos, para que por una vez pueda imprimir, y vender un Libro, que ha escrito, intitulado: *Adumbratio Liberorum Muratorum*, seù *Francs-Massones*; con que la impresion se haga por el original, que và rubricado, y firmado al fin de mi firma; y que antes que se venda, se trayga al Consejo dicho Libro impresso, junto con su original, y Certificacion del Corrector de estàr conformes, para que se tasse el precio à que se ha de vender. Y para que conste, lo firmè en Madrid à treinta de Julio de mil setecientos y cinquenta y uno.

*D. Joseph Antonio de Yarza.*

*ERRATA CORRIGĒ:*

**P**AG. 36. n. XXIX. decere de-  
cedere.

Pag. 88. n. LXIV. quôdam quâ-  
dam.

Pag. 93. n. LXVIII. malifactorēs  
malefactorēs.

*In aliquibus exemplaribus.*

Pag. 116. lin. XIX. temporalis  
temporali.

Pag. 128. lin. XVII. executioni  
executione.

Alia quædam pauca quoad punc-  
ta, virgulas, & adverbiorum po-  
tissimùm, casuumque sextorum no-  
tas Lector ipse corriget per se se.

Sic respondet archetypo liber, cui  
titulus: *Adumbratio Liberorum Mura-  
torum.* Matriti die 21. Aug. an. 1751.

*Lic. D. Emmanuel Licardo de Rivera,*  
Corrector Generalis.



SUMA DE LA TASSA.

**T**Assaron los Señores del Real Consejo de Castilla este Libro intitulado : *Adumbratio Libero- rum Muratorum*, seù *Francs-Massons*, à ocho maravedìs cada pliego, como mas largamente consta de su original, à que me remito.

# PRÆFATIO

BENEVOLE LECTOR.

Quùm filii tenebrarum carnis opera, quæ Apostolus ad Galat. (a) scribens, recenset, dubiò procul exerceant, paria in secretis ac nocturnis *Liberorum Muratorum* cœtibus patrari suspicans, omnem lapidem movi, ut arcana istiusmodi Confraternitatis mysteria deprehenrem. Quamquàm autèm *Liberi Muratores* Protheco mutabiliores ipsi sint, quùm signa & cœremonias, ne detegantur, sæpè varient ac immutent; nonnulla tamèn istius Societatis meritò reprobanda detexi, sorte nactus *Instructionem Pastoralem* MS. Illustrissimi ac Reverendissimi Petri Mariæ Justiniani, Epif-


(a) Galat. 5. à vers. 19. usq. ad 21.

Episcopi Vintimilliensis adversus  
*Liberos Muratores*, *Epistolam* ab eru-  
ditô meæ Religionis Alumnô, ex  
relatione sibi à Quæstore Fidei Li-  
burnensi factâ *super Liberorum Mura-*  
*torum sectâ*, annô millesimô septin-  
gentesimô quinquagesimô mihi Ro-  
mam missam, Opusculum Valerîi  
Angiolieri Alticozzi, cui titulus: *Re-*  
*latio Societatis Liberorum Muratorum*,  
Neapoli annô millesimô septingen-  
tesimô quadragesimô sextô typis Ita-  
licè editum; & Banier cum Mas-  
crier, tom.4. *Historiæ Generalis Cæ-*  
*remoniarum ac Consuetudinum Religio-*  
*sarum omnium mundi populorum*, Pari-  
siis annô millesimô septingentesimô  
quadragesimô primô prælo linguâ  
Gallicâ datæ, à pag. 334. usque ad  
342. Ex quibus, Bullis Clementis  
XII. ac Benedicti XIV. necnon Edic-  
tô Catholici Regis nostri, de ver-  
bô ad verbum in fine referendis,  
aliif-

aliisque relationibus oralibus elucubrationem hanc, quibusdam Viris doctis ac piis urgentibus, concinnare decrevi, *Liberos Muratores* vias periculis haudubiè plenas ingressos ab iis abducturus, ceterosque ab illarum ingressu excludens. Id si præstitero, rem Deo tèr Optimo Maximo gratam, Ecclesiæ Catholice utilem ac tibi, amice Lector, jucundam præstabo. VALE.



# ADUMBRATIO LIBERORUM MURATORUM.

I.  *Iberorum Muratorum* Societas per totam penè Europam ad præsens diffusa, propter Comititia particularia, quæ ipsi frequenter celebrant, & sigillum, quod iurejurandò promissum constantèr observant, magnam ubiquè admirationem, paremque mali suspicionem excitavit, ac movere non cessat.

II. *Liberi profectò Muratores* fu-  
A cum

cum imperito vulgo facturi, suæ Confraternitatis excellentiam & antiquitatem blaterant, summisque laudibus extollunt: undè nonnulli, teste Vintimilliensi locò in Præfatione citatò, à quòdam Angliæ Rege, nomine Arthurò, illius originem repetunt; alij ab Hiram ærei operis peritissimò, qui duas illas æreas columnas, alteram *Jakim* dictam, alteram *Booz*, à Salomone in Templi vestibulò collocatas fabricavit; cuiusque gestorum, mortis, ac sepulcri falsa *Liberi Muratores*, iudice Alticozzi locò in Præfatione laudatò, Græcanicis longè majora fabulantur: alij eam à Mose trahunt; quidam ab Ægyptiis, Persis aliisque populis Orientalibus: benè multi, referente Banier ibidè, in Deum, Sanctos, ac Principes aliàs probos insignitèr contumeliosi, illam à Deò per naturam Sanctò deducunt. II

III. Sanè *Liber Murator*, Oratoris titulô decoratus, dùm illi candidatum vel candidatos suæ cooptant Societati, ad eos sermonem satis prolixum habet, in quô hæc, juxtâ Banier, proferre non erubescit: = Deus ad imaginem suam Adamum creans illum primum *Liberum Muratorem* instituit, qui Cainum, Abelem & Sethum *Artem Muratoriam* docuit: ii istorumque successores suos ad Noemum usque cum filiis suis hujusce disciplinæ mysteriis initiarunt: ii autèm in varias post diluvium plagas abeuntes, illam ubique mirificè perfecerunt ac propagarunt. Moses, tametsi illâ in Tabernaculi constructione divinitus instructus, incolatu tamen & conversatione Ægyptiacis, *Liber Murator* usque adeo perfectus evasit, ut rem sibi ac nomen *Magni Liberorum Muratorum Magistri* jure vindicaverit.

rit. Israelitæ verò, servitute Ægyptiacâ durante, ex Pastoribus *Liberi Muratores* effecti, Ægyptô exeuntes, *Liberorum Muratorum* Rempublicam sub Mose conflarunt: qui hanc vicinis populis ac nominatim Chanaanæis artem communicantes, famosum hic construxerunt Dagonis templum, extempore à Samsone subversum, qui certè, si tacere didicisset, *Magni Liberorum Muratorum* Magistri decus comparasset. Istius tamèn, aliorumque Tyri Sidonisque templorum decor ac excellentia tunc evanuit ac perit, quùm Salomon, *Magnus Liberorum Muratorum* Magister, Templum Deo vero sacrum Hierosolymis perfabricavit. *Liberi* dein *Muratores* totum per orbem dispersi, ita societatem suam propagarunt, ut Principes gentium omnium supremi *Magni* fuerint *Magistri* confessuum, quos in suis

ref-



*Liberorum Muratorum.* §

respectivè ditionibus crexerunt. Verum enimverò *Liberi Muratores* apud Græcos & Romanos, præsertim post tempora Augusti, magni Romanorum Cœtuum Magistri, summopere viguerunt. =

IV. Ast *Liberi Muratores* magna hæc nomina, majoremque antiquitatem Novatorum more mentuntur, quàm id omni prorsùs fundamentò, etiam apparenti destituti, effutiant: certò namque certius est, *Liberorum Muratorum* Confraternitatem novitium opus esse in Angliã annò apud Banier millesimò sexcentiesimò septuagesimò primò commentum, & quidem ab Authore, inquit Vintimillienfis, quò cum consuetudinem habere erubesceret, solius etiam honestatis naturalis cultor, quàm illam ab Anglo malæ fidei, peïorisque vitæ institutam eruditi sciant. Sanè Angli, quàm post

defectionem à fide Catholico-Romanâ libertatis appetentes, nullam penè in materiâ Religionis respuant falsitatem, soli (pergit laudatus Bannier) apti nati videntur ad hujusmodi Societatem aut primitùs instituendam, aut oblivione juxtâ ipsos sepultam vel marcescentem, exorcô revocandam. Quæ satis superquè esse deberent, ut quisque sui compos huic valediceret Societati.

V. Ceterùm illa non recens modò commentum est, sed contraria quoque doctrinæ Christi: Servator enim noster Civitates obibat, pagos & vicos, divini sui verbi ubiquè semen spargens; frequens docebat in Synagogis, iis nempe locis, quò Judæi legendis, audiendis, interpretandisque Sacræ Scripturæ Libris convenire solebant: qui proinde à Judæorum Pontifice de suis discipulis doctrinâque interrogatus,

se

se palàm semper locutum (a) respondit, eumque ad sui auditores remisit, suisque discipulis præcepit, ut quam ab ipsò doctrinam didicerant, cunctis gentibus in templis atque in compitis notam (b) facerent. Quibus Ecclesia mota atque instructa Sacrosancta Religionis nostræ, etiam ineffabilia Mysteria, suos perspicuè filios semper edocuit, & ut ea legant ac faciliè discant, Catecheses eis, Missalia, Ritualia, Pontificalia, &c. publici juris facit.

VI. Quare Ecclesia, divinitus inspirata, secreta Conventicula, quæ semper fuit detestata, districtissimè vetuit, ut ad evidentiam usque demonstrant Canon, inter vulgò Apostolicos XXX. Concilia, Antiochenum Can. V. an. 341. Chalcedonense Can. XVIII. an. 451. Trullanum

A 4

Can.

(a) Joan. 18. v. 19. 20. & 21.

(b) Matth. 10. vers. 27.

Can. XXXIV. an. 692. Turonense  
 Can. IV. an. 1163. Lateranense quar-  
 tum C. III. an. 1215. sub Innoc. III.  
 celebratum, qui litteras ad quosdam  
 Abbates Gallos remisit, quibus is-  
 tiusmodi secretis Conventiculis re-  
 sistere, teste Eymer. (c) docet, ea-  
 que penitus delere nititur: Tolosa-  
 num Can. III. an. 1228. duo Avenio-  
 nensia, alterum Can. XXVII. an.  
 1336. alterum an. 1337. Can. XLIII.  
 Trevirensis Can. II. an. 1549. *Cap. Cùm*  
*ex injuncto de heret. & Can. Conjuratio-*  
*num II. quæst. I.* Accedunt ap. Ber-  
 ninum (cc) Gregorius IX. *Edictò Ex-*  
*communicamus*, Innocentius IV. Ale-  
 xander itidem IV. Nicolaus III. Bul-  
 lis *Noverit universitas*; Bonifac. VIII.  
 Bull. *Nuper*, & Epist. ad Matthæum  
 de

(c) *Post Director. Inquisit. in Litt. Apostol. in*  
*Innoc. III.*

(cc) Tom. 3. *Hist. Her.* pag. 310. 311. 389.  
 411. & 545.

de Theate Inquisitorem, & Clemens VI. Constit. *Molesta nobis.*

VII. Secreta autem Conventicula prohibet non jus Canonicum solùm, sed & Civile. *L. Sub pratextu, ff. de extraordin. Crimin. L. Proximum 1. ff. ad L. Jul. Majest. L. Mandatis 1. Quisquis 2. & L. Collegia, ff. de Colleg. & Corpor. illic. ubi L. 1. §. in summâ dicitur: [In summâ autem nisi ex Senatusconsulti auctoritate vel Cæsaris Collegium vel qualecumque corpus coierit, contra Senatusconsultum & mandata & Constitutiones Collegium celebrant] *L. Nullus 2. C. de Summa Trinit. & Fide Catholica. L. Conventicula illic. 15. C. de Episcop. & Cler. L. Cunctis 3. & L. Quicumque 85. Univer. Cod. de Heret. & Manich. & Samar. L. Denuntiamus 5. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Authent. de Interd. Colleg. Heretic. §. 1. collat. 9. de Feud. deniquè §. Conventicula.**

VIII. Principes autem Ecclesiastici ac Seculares hujuscemodi cœtibus, atque in eis actorum secreto iccirco obviare curarunt, quia pronum est, fidei indè ac morum subversionem perversitatemque derivari. Hinc Synodus Lateranensis suprâ relata istorum Conventiculorum denuntiationem Episcopis faciendam præcipit, ut erecta jam Conventicula ipsi dissolvant, novaque erigenda impediunt: & D. D. Andreas Orbe & Larreategui, Archiepiscopus Valentinus, & Generalis in ditionibus Regi nostro Catholico subjectis Inquisitor, Clementinæ Bullæ sub interminatione districtæ animadversionis in illius transgressores, aut ejusdem observationis desides, executionem urgens, Edictô die 11. Octobr. ann. 1738. latô, sibi aut Hispanis Inquisitoribus, Commissariisvè præfatæ

Bullæ

Bullæ quoquomodò violatores sub pœnâ excommunicationis majoris latæ sententiæ trinâ canonicâ monitione præmissâ, & multæ pecuniariæ in expensas S. Officii impendendæ intrâ sex dierum spatium deferendos præcepit.

IX. *Liberos* profectò *Muratores* non juvant Sacræ Inquisitionis aliorumque, etiam Secularium Tribunalium inviolabilis secreti custodiendi praxis, arcana primitivæ Ecclesiæ disciplina, conventus, quos primi Christianifideles noctù in cryptis celebrabant, nocturnæ vigiliæ, quas Catholici tùm Orientales cùm Occidentales, multis à Christô natô sæculis, in Ecclesiis agebant, nec ipsa deniquè suæ societatis in omnium ferè Principum ditionibus propagatio.

X. Illa certè praxis non juvat, quùm memorata Tribunalia & publi-

blicâ sint authoritate instituta, & secreti inviolabilitèr jusjurandum servandi, legitimò Superiore justis de causis jubente, emittant: *Liberorum* autèm *Muratorum* Conventicula non solùm authoritate publicâ instituta non sunt, legitimorumvè Superiorum consensione firmata, sed severissimis potiùs istorum legibus interdicta. Porrò Confraternitas hæc in Bataviâ, altrice ceteròqui cunctarum penè sectarum, fuit, Banier teste, à Magistratu an. 1735. proscrip̃ta, & felic. memor. Clemens XII. ob vehementem hæresis suspitionem, quâ, inquit, Bullâ *In eminenti*, societas ista laborat, anathematis sententiam die 28. April. an. 1738. in quoscumque Christifideles tulit, qui nomen ei darent, eamvè quocumquomodo tueri vel propagare tentarent; istiusque excommunicationis absolutionem sibi uni, suisque



Successoribus, mortis articulo excepto, reservavit.

XI. Hanc quidem Clementis Bullam à Benedicto XIV. immediato illius Successore, nunc feliciter regnante, revocatam divulgant nonnulli, teste Vintimilliensi, *Liberi Muratores*, quos inter etiam quidam, quem ipsi *Venerabilem* nuncupare audent: illos tamen Illustrissimus iste Præful epistolâ ac mandato super hoc ab Urbe acceptis falsi insimulavit ac convicit: Undè viriliter obstetit, quominus Diocesim illi suam invaderent ac inficerent. Id quoque præstitit, aliis omisis, quos idem Vintimilliensis tacito nomine citat, Episcopus Tolensis, qui, si fides relationi mihi Provinciam peragranti factæ casuum ab ipsò reservatorum, absolutionem Sacramentalem *Liberi Muratori*, in mortis etiam articulo constituto denegandam præcepit,

pit, nisi is quid quâ *Liber Murator* crederet, aperiret.

XII. Diximus *audent*; siquidem nomenclatura *Venerabilis*, utpotè Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento maximè propria, epitheton est, quô Itali per antonomasiam illud nominant ac honorant, & cuncti Catholici solos heroes in Religione Christianâ vitâ functos post signatam à S. R. C. commissionem introductionis eorundem processus Venerabiles Dei Servos ubique vocamus: & tamen *Liberi Muratores* Præpositum cujusvis confessus absolute *Venerabilem* nuncupant, ac *Venerabilissimum* Rectorem omnium alicujus Provinciæ Cœtuum, dictum etiam ab ipsis *Magnum Magistrum* adinstar Equitum S. Joannis: Magister tamèn iste aliquandiù unus & Anglus semper, teste Alticozzi, ipsis fuit.

XIII. Arcanæ verò disciplinæ exemplum *Liberis Muratoribus* potius officit: quum enim Ethnici, maximam Orbis partem sub Ecclesiæ Christi primordiis occupantes, Religionem à Servatore nostrò fundatam Christianorum deliria putarent; hos namquè, Suetoniò teste, ut genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ, ideòque non flagitiosos solum, sed & odiò generis humani (verba sunt Taciti) convictos vulgò habebant, æqua eaproptèr sapiensque œconomia flagitabat, ut nonnulla fidei nostræ mysteria, ea potissimum quæ magis captum humanum superant, Christiani Ethnicis & Cathecumenis spiritu saltem languentibus occultarent: Ethnicis quidem, ne illa ludibrio isti haberent; Cathecumenis verò, ne plusquam oportet sapere illi ambientes, scandalum paterentur, uti Athanasius do-

docet his verbis : (d) = Non est fas, mysteria non initiatis prodere, ne Ethnici non intelligentes derideant, aut Cathecumeni curiosiores facti scandalizentur. = Quarè mirari nemo debet, quòd obscuris Tertulianus, Athanasius, Basilius, Theodoretus aliique veteres PP. dictis de Eucharistiæ Mysteriò scripserint. Ita Schelstratus, (e) apud quem nulla unquam fidelibus nostræ fidei Mysteria fuerunt omninò celata.

XIV. Qui ergò *Liberi Muratores*, quippè qui veri nominis Christianos se produnt, Episcopos, quos Spiritus Sanctus posuit (f) regere Ecclesiam Dei, nosque veram Christi fidem profitentes, & augustiora ineffabilioraque secum ipsis Mysteria participantés, sua celant arcana? De his

(d) *In Apolog. 1. de Fug. sua.*

(e) *Discipl. arcan. cap. 7. art. 6.*

(f) *Act. 20. vers. 28.*

his profectò nullatenùs Pontificem  
Summum possunt celare nec de-  
bent : etenim iste vi efficacis Re-  
demptoris nostri orationis ad Pa-  
trem pro illius fidei stabilitate , unà  
cum authoritate inerrantiæ quo-  
que donò in fidei morumque doc-  
trinâ potitur , ut cunctis penitùs  
Christifidelibus tamquàm bonus  
Pastor salubria pascua suppeditet,  
eosque per viam rectam deducat.

XV. Nèc occulti eis favent pri-  
mitivorum Christianorum recensiti  
conventus : cùm enim authoritate  
legum Romanarum vetaretur pere-  
grina quævis Religio , Trajanus,  
Christianorum sodalitia , referente  
Pliniò (g) prohibuisset , isti Sacrifi-  
cia , quæ prò Imperatorum incolu-  
mitate immolabantur , defugerent,  
spectacula , ludos , ac festivitates

B Ethni-

(g) *Lib. 9. epist. 92. ad Trajan.*

Ethnicorum, ob idololatriæ contaminationem declinarent, vitam solitariam adamarent, post Gnosticorum ortum infanticidiorum incestuumque (quas sanè calumnias Judæi non illibentèr promotebant) accusarentur, ac rei crederentur, ubiquè ad necem usque ad Constantini M. tempora quærentur, nihilque antiquius, quam fidem susceptam servare, ac Christi ipsius jussu propagare haberent, necessitate ac religione coacti secretos inibant confessus, ut divina tutò peragere possent, communibusque precibus Ecclesiæ pacem implorarent ac Deum sibi propitium redderent. Quæ profectò locum in *Liberorum Muratorum* societate nec habent, nec possunt habere, ut nemo, utut bardus, ignorare permittitur. Quare secreta ideò illi conventicula cogunt, & summò quic-

quicquid quâ tales credunt & agunt, studiô celant, seû quòd idem est, lucem eaproptèr odèrunt, nè, uti Redemptor noster (h) docet, viri perditæ vitæ detegantur, in dubièque tales ab omnibus habeantur.

XVI. Nocturnas vigiliâs quòd attinet, illas vel ab Ecclesiâ incunabulis ad communem orationem destinatas Plinius locô mox citatô his verbis scribit: = Quòd soliti essent statô die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere.= Sanè istiusmodi Vigiliâ apud utramque Ecclesiam, Orientalem nimirum & Occidentalem, diù, & quidè non finè laude ac meritô obtinuerunt, ùti memoriâ produnt Basiliius (i) Tertullianus (k) Sidonius

B 2

Apol-

(h) Joan. 3. vers. 19. 20. & 21.

(i) *Epist.* 63. *ad Cler. Eccl. Neocæs.* & in Pf. 114.

(k) *Lib. ad Uxor. cap.* 4.

Apollinaris (1) & Concilium Matifconense II. Can. I. ann. 585. illis tamen contigit, quod rebus aliis, quæ tametsi sanctissimè institutæ, ad auferendos autem pravorum hominum prætextus, indè occasionem delinquendi captantium, prohiberi temporum successu debuerunt. Porro Illiberitani Patres sæculô tertio desinente mulieribus hisce Vigiliis in Hispaniâ nostrâ adesse interdixerunt: Canone enim trigesimo quinto Concilii Illiberitani legitur: = Placuit prohiberi, nè fœminæ in Cœmeteriis pervigilent, eo quòd sæpè sub obtentu orationis, scelera latentèr committant. = In Galliâ sæculô decimo tertio nocturnæ in Ecclesiis vigiliæ nonmodò obsoleverunt, sed & penitùs amandatæ fuerunt, ut evincitur ex Canone primo Concilii Copriniacensis ann.

1260.

(1) *Lib. 5. Epist. 17.*



1260. atque ex Can. decimô Concilii ad Pontem Audomari an. 1279. Dixi *penitùs*, siquidè quoad aliquas circumstantias vetitæ sæculô sextô colliguntur ex Canone tertio & quintô Concilii Antisiodorensis ann. 578.

XVII. Porro nocturna sacra propter morum dissolutiones, quibus obnoxia erant, vel lege Romuli suppressa, testibus Dionys. Hallicarnas. (m) & Cicerone, (n) fuerunt & interdicta: quæ tamèn licentiosius paullô post introducta Senatusconsultum Posthumiô Albinô & Marciô Philippô COSS. districtè vetuit. Has tamèn excubias à Maxentiô Imperii Romani in vatore Romæ in honorem falsorum nimirùm restitutas Constantinus Magnus, illô è vivis sublatô, tamquàm nefarias suô

B 3

Edic-

(m) *Lib. 2. Roman. Antiquit.*

(n) *Lib. 2. de Legib.*

Edictô (o) eliminavit. Quâ profectò severitate eliminari quòque debent occulti *Liberorum Muratorum* conventus excubiæque nocturnæ , quùm eòdem , quò illæ, vitiò laborent, ùti ex dicendis constabit.

XVIII. Istius deniquè Societatis propagationem ultrò citròque fate-mur , cùm Banier vèl in Angliâ, In-sulisque ei adjacentibus , Scotiâ vi-delicèt & Hiberniâ centum viginti novem confessus an. 1741. jam erec-tos referat, Alticozzius viginti quin-que Parisiis an. 1746. fundatos scri-bat , & Author epistolæ Liburnensis tres in hâc unâ Civitate ann. 1748. extitisse affirmet : propagatio tamèn isthæc patrociniò *Liberis Muratoribus* haudquaquàm esse potest; Maho-medismus enim sæculò septimò ex-ortus , brevius & plures quàm ista  
So-

(o) *Leg. 5. Cod. Theod. Tit. de Pagan. & Sa-  
crific. & Templ. eor.*

Societas, populos, ac ditiones pervasit, atque etiamnum occupat: potissima autem propagationis Mahumedanorum ac *Liberorum Muratorum* causa est, quia utrique violentæ hominum ad carnales voluptates propensione laxant habenas. Quod respectu Mahumedanorum, tam certum est, quò nihil magis, relative autem ad *Liberos Muratores* quisque deprehendet, si sequentia attentè meditetur.

XIX. *Liberi* itaque *Muratores* se civilis studiosos Societatis jactantes, malum quidem in genere moris adulterium, utpotè huic societati contrarium, censere ab Authore epistolæ Liburnensis dicuntur; Michaelem tamèn Balbum sequuti Imperatorem Iconoclastam, & juxtà seriem Magnorum Societatis istius Magistrorum ab ipsis assertam, & suprà à nobis relatam, magnum

B4 quò-

quòque ejusdem Societatis in Oriente sæculò nonò Magistrum , qui Scortationem apud Zonaram (p) licitam sensit , reliquas luxuriæ species adprobant , ùti iidem Vintimilliensis & Author Epistolæ Liburnensis testantur.

XX. Ceterùm, nihil tam perspicuum est , quàm hæc omnia purissimis Dei oculis displicere : hæc enim universale diluvium provocarunt : hæc cœlestem ignem, quò Deus Sodomos Gomorrhæosque tremendò posteris exemplò in cineres favillasque convertit , attraxerunt ; hæc penè ad internecionem tribum Benjamin delevêre ; hæc demùm varios licèt malitiæ gradus habeant , in genere tamèn suò haud dubiè gravia , à Dei conspectu, Apostolò pluribus in locis testante,

illo-

(p) *In Annalib.*

illorum sectatores excludunt ; ne simplici quidem fornicatione ac mollitie exceptis : utraque enim bono totius generis humani valdè repugnat : fornicatio quidem , utpotè in nocumentum vergens , nonmodò vitæ prolis ex tali concubitu nascituræ , sed & ritæ ejusdem educationis : quandò enim concubitus est vagus ac proles incerta , parentes sunt de consonâ prolis educatione , immò & de vitâ , parùm solliciti : mollities etiam ; per ipsam enim id disperditur , quod natura ad hominis generationem instituit.

XXI. *Liberos profectò Muratores* ità sentire suadent 1. opinio de illis , in Bataviâ præsertim concepta : siquidem illos à Republicâ proscriptos plebs Sodomitas credidit , uti refert Banier ex Epistola Ultrajecti die 26. Martii ann. 1736. scripta. 2. Confessio cujusdam juvenis (id Ro-

ma à religiosô prudenti ac piô excepit qui, quùm tẽr cuidam Liburnensi confessui interfuisset, ad illum iterùm vocatus adire noluit, causans tẽr præposteram in illô libidinem passum. 3. Mos ubiquè apud *Liberos Muratores* intèr suos initandos vicens, duplex chirotecarum par singulis erogandi, alterum sibi, uxori alterum, aut foeminæ, quam impotenti depereant amore, unô verbô, amasiæ. 4. Frequentes quas illi comestiones & potationes, & quidẽm alicubi tantâ aviditate agunt, ut è Bataviâ in loca deserta abire à Banier locô mœx citatô dicantur, ut fumum ibi ex ustô foliô per tubum afflatu attrahant, atque in os excipiant, ventri ac gulæ indulgeant, ceterosque suæ societatis ritus impunè exercent. Tanta autem est luxuriam intèr & gulam conjunctio, ut hæc ex illâ plerùmque

que nascatur. Infelix sanè illorum  
fors est, qui epulis ac vino intenti,  
in bonis apud Jobum (q) ducunt  
dies suos, & in punctô ad inferna  
descendunt. §. Conventus, quibus  
appetibilem suæ societatis liberta-  
tem ingenti sociatam voluptati pro-  
dunt, societatem hanc Confraterni-  
tati Rosæ Crucis reapsè Epicureæ  
sæculô decimô septimô detectæ affi-  
nem ostendunt, atque id, quod  
probandum suscepimus, vivis colo-  
ribus exprimunt hisce carminibus  
Gallicis, quæ Alticozzi in sequen-  
tia Itala vertit, & utrisque nos His-  
paniensia ex eisdem conversa adjun-  
gemus.

*L' hereuse Libertè*

*A nos banquets préside;*

*L' aimable Voluptè*

*A se côtés reside;*

*L'*

(q) 21. vers. 13.

*L' indulgente Nature  
Unit dans un Maçon  
Le charmant Epicure  
Et le Divin Platon.*

*La Libertà gioconda  
A nostra Mensa siede:  
Il piacer la circonda,  
E unito a lei si vede:  
Sotto ut medesimo tetto  
Per dono di Natura,  
Sbandita ogni sciagura,  
Epicuro, e Platone hanno ricetta:*

*La festiva libertad  
En nuestra mesa preside,  
Y à nuestro lado reside  
Deleite amable en verdad:  
Naturaleza indulgente  
En una misma mansion  
Une à Epicuro y Platòn  
Benigna, y alegremente.*

XXII. Rursus indictos (Vinti-  
millien-



milliensis & Author Epistolæ Liburnensis referunt) ab Ecclesia jejuniorum dies execrantur, hæreticos sæculi quarti sequuti, putà Aerianos ap. Epiphan. (r) Eustathianos, seu Euctactianos à Concilio Gangrensi sub Silvestro Papâ, Can. 19. profcriptos: Entusiastas, Massalianos quòque & Martyrianos dictos, à Synodo Sydensi ann. juxtà Siandam (f) 383. damnatos: & Agapetas, quorum Hieronymus meminit. (t) Porro Vintimilliensis hunc esse *Liberorum Muratorum* sensum firmaturus, ex relatione alioquì fidedignâ scribit, eos carnes, intèr candidatos suis ritibus initiandos, feriâ sextâ hebdomadæ primæ Quadragesimæ omnes in quòdam cœtu co-

(r) *Herés.* 75.

(f) *Lex. Polem. verbo Eutusiastæ.* (ii)

(t) *Lib. de Custod. Virginit.* (2)

medisse, antesignanum Petrum Brussum, turpem sæculi duodecimi hæresiarcham imitantes, qui carnes feriis etiam sextis, referente Petrô Cluniacensi, (u) edebat.

XXIII. Jejunium autem SS. PP. tamquam medium ad effrœnem concupiscentiam retundendam aptissimum communi consensu commendant, ab Apostolis servatum, & quadragesimale institutum, non nisi temerè negaretur, & Redemptor noster illud animæ salutis maxime expedire suô exemplô docuit, jejnantibusque retributionem promisit à Patre Æternô (x) rependendam.

XXIV. Verumenimverò *Liberi Muratores* non jejunia solùm (pergunt Vintimilliensis & Author Episto-

(u) *Lib. 1. Epist. 1. § 2.*

(x) *Matth. 6. vers. 17.*

tolæ Liburnensis) aliasque corporis castigationes reprobant, sed Ecclesiasticas quòque leges, quas nullam conscientii obligationem adferre contendunt, maximam in suis sodalitiis felicitatem buccis plenis blaterantes adinstâr Gnosticorum, Manichæorum, Beguardorum, Beguinorum, Molinosorum & aliorum, quos generis humani monstra, potiùs quàm homines dixeris, qui, ut homines, juxtâ perversitatem sibi congenitam maximas possent sensualitates, omnesque desiderii passionis, cum mirâ, novâ & extraordinariâ spiritualitate ac felicitate conjungere, Ecclesiæ præcepta non curanda erroneè docuerunt.

XXV. Dixi *erroneè*, etenim Ecclesia, cui ex Christi præcepto (y) morem

(y) Matth. 10. v. 40. Luc. 10. v. 16. Joann. 13. v. 20.

rem gerere tenemur, præcipere haud dubiè potest, quicquid ad animarum salutem expedire judicaverit. Certè, si cujusque arbitrio fuissent Ecclesiæ præcepta relicta, Ecclesiæ regimen non fuisset benè institutum, quippè quod ab uniuscujusque nutu penderet; undè quisque sui foret pastor & rector, ac de Religione Christianâ, hæc sanè viâ rituum diversitate divisâ, actum jam fuisset. Apagè hujuscemodi homuncionum deliria; vera namquè hominis viatoris perfectio in eo sita est, ac esse debet, quòd singuli cuncta & Dei & Ecclesiæ mandata ita servare certemus, ut nos metipfos abnegemus.

XXVI. Signa prætereà, annulus *Muratorum* instrumentis ornatus, manuum conformationes ac titillationes, quibus se mutuò *Liberi Muratores* dignoscunt, arcana verba & litteræ

teræ ænigmaticæ , quibus sensa sua depromunt , notæ paritèr ænigmati-  
cæ , quibus ad invicem scriptô utuntur , & ipsa notarum figuratio epistolarumque subscriptio , ita , secundùm Vintimillensem , dispositæ , ut angulum rectilineum efforment , inhonestos Basilidianos , Gnosticos & Audeanos *Liberos Muratores* indigitant.

XXVII. Sanè Basilidiani spurca sæculi secundi lues , nihil Eusebio testante (z) hâc sententiâ antiquiùs habebant : = Tu omnes nosces , te autèm nemo cognoscat. = Undè imagines , nè ipsi detegerentur , portentosis nominibus inscriptas usurpabant , quarum icones Baronius (a) suppeditat. Gnostici , vel Carpocratis vel Basilidis vel Valenti-

(z) *Lib. 4. Histor. Eccl.*

(a) *Ad an. 120. n. 11. tom. 2. pag. mihi 92.*

tini sæculô secundô prognati , mutuâ se manuum conformatione ac titillatione , annulôque ex auriculâ perforatâ pendente , referente Epiphaniô (b) dignoscebant. Audeani, carnis voluptatibus sæculô quartô inservientes, quùm peccata sua confiteri , istorumque absolutionem obtinere vellent, libros hinc sacros, indè adulterinos, figuram semicirculi exhibentes collocabant, ac intèr utrosque pertransibant: *Quædam*, inquit Theodoretus, (c) *parva & ridicula dicentes, quæ etiâ dicere vereretur aliquis, nisi eâdem, quâ ipsi, amentia laboraret.*

XXVIII. Quamvis autèm fidem nostram accomodare renuamus & his enarrationibus, tametsi ab infimâ plebe non factis, & Vintimiliensi

(b) *Her. 27.*

(c) *Lib. 4. Hereticar. fabul.*

liensi ex relatione fidedignâ asserenti, *Liberos Muratores* candidatis in quôdam cœtu potionem, quæ hos elingues redderet, propinasse, & relationi mihi Matriti factæ cujusdam *Liberi Muratoris*, qui à suâ conjugè adductus, ut hanc repudiaret Confraternitatem, tot ictus, & quidem graves, fuerit ipse perpeffus, quot illa libro, cui Viri nomen erat inscriptum, acu infixit, illud indè deletura; & Alticozzio asseveranti, quemdam juvenem, *Liberorum Muratorum* societatem Florentiæ ambientem, confessu fuisse Florentinô dignatum, ac præ aliis interrogatum, *malignos nè spiritus ac spectra horreret, necromantie, ut par est, vacaverit, virginitatem, & hanc quâ ratione amiserit?* Quamvis, inquam, nihil istorum credamus, præsertimque relationem mihi factam, eo quod *Liberi Muratores* sibi à muliebri gar-

rulitate maximè caveant, easque suis confessibus interesse nequaquam permittant, testimoniis tamèn omni exceptione majoribus convicti, jam-jam subjicienda negare non possu-mus.

XXIX. Illorum plures vitam moribus corruptissimam degunt; nonnulli Judices Seculares atque Episcopos illorum societatem repro-bantes & infectantes, maledictis eaproptè prosequuntur; quidam in mortis etiàm articulò constituti Sacramentis potiùs privari, atque ita è vitâ decere, quàm Societatis suæ arcana referare malunt: adeò, ut omnes aut, referente Banier in Epistolâ Ultrajectensi citatâ, ferè omnes se mortem potiùs crudelem subituros, quàm secreta pandere effutiant; alii, apud eundem Banier ibidèm, persecutiones ob defensionem suæ Societatis, quam sanctam



necessariamque existimant, spontè patiuntur; qui proindè conventicula, ceteroquì à Magistratu prohibita, coacturi sese ad pœnam lubentèr exponunt; benè multi superiorum famam ac dignitatem per summum nefas suggillant: sublimia enim, hæreticorum more, de suâ sectâ loquentes, mentiri non verentur, suæ adscriptos societati omnes ferè Principes supremos, plures Episcopos, & ipsum quòque Romanum Pontificem.

XXX. Porro, Romam ego per Galliam an. 1745. rediens, *Liberum Narbonæ Muratorem* offendi, unâ cùm milite Hispano nobili genere natò, qui, nempe Hispanus, quàm puras putasque *Liberorum Muratorum* cœremonias absè Genevæ lectas referret, *Liberum Muratorem* interim subridentem animadverti, indèque ego mali aliquid sub hac Societate

latens, suspicans, eum urbanitè rogavi, ut penitissimos suæ Confraternitatis sinus mihi patefacere dignaretur, qui meis postulatis actutum reposuit, me harumce ignarum rerum futurum, nisi suæ nomen Societati darem, quam perseverantè innoxiam adfirmavit, idque confirmaturus, quùm Summos Seculi Principes, tum Supremos Ecclesiæ Pastores (dictu nefarium & horrendum auditu) in eorum Sectam adscriptos impudentè asseruit. Nec veritus est homo audax & impius unum ex Ecclesiæ Sacris Pastoribus nominare: qui tamèn diabolicæ hujus Sectæ non dogmata modò, sed vèl ipsum nomen odiò Sanctissimò ac publicò anathemate vehementè infectatus est: cujusque religio ac sanctitas morum ùti exemplo, ita & admirationi erit temporibus futuris. Hinc SS. Pontifex ac Sapientissi-

tissimus Benedictus XIV. non Ecclesiæ modò Catholicæ bono, sed & Pastorum sacrorum decori ut prospiceret, illudque exufflaret mendacium, quod à *Liberis Muratoribus* diabolicò œstrò percitis vulgatum erat, revocatam nimirùm ab eòdem Pontifice Bullam Decessoris sui S. M. Clementis XII. adversùs eorum sectam an. 1738. emanatam, novam Bullam, quæ incipit : *Provi-  
das* edidit hòc ipsò an. 1751. quâ & alteram Clementis confirmat, & hanc vefanorum hominum societa-  
tem ac conventicula condemnat.

XXXI. Hæc certè *Liberos Mura-  
tores* perversos ostendunt : talem enim agendi rationem tenentes, du-  
bium cordatis omnibus ingerunt, nè mala in suis Conventiculis opera illi perpetrent, & pejora moliantur. Quam profectò malam de se opinio-  
nem conceptam inviti licèt sciunt,

nihilo tamèn feciùs Societatem suam  
 mordicus tuentes ac propagare co-  
 nantes , Superioribus tam Seculari-  
 bus,quàm Ecclesiasticis illam vetan-  
 tibus immorigeri refragantur ; qui  
 proindè occasionem ruinæ spiritalis  
 omnibus Deum in veritate timen-  
 tibus præbent , seù scandalo his  
 sunt , & quidèm activo , ut schola  
 loquitur , accepto & dato.

XXXII. Sanè offensionem ex  
 investigabili societatis istius secretò  
 excipiunt non pusilli solùm sed &  
 magnates , Principes in temporali-  
 bus Supremi , inferiores Ecclesiasti-  
 ci vitæ æternæ comparandæ sollici-  
 ti , Episcopi , Summusque etiàm  
 Pontifex , apud quos omnes malè  
*Liberi Muratores* vel ex eò audiunt,  
 quòd Ecclesiam quòque præcipien-  
 tem non audiant , immò nec audire  
 velint, decreta omnia & excommu-  
 nicationem ipsam contemnentes,  
 quòd

quòd insigne sempèr hæreticorum fuit, & signum nobis à Christò (d) datum ad eos detegendos.

XXXIII. Vociferantur quidè m *Liberi Muratores*, se peculiari lege prohiberi, quominùs quemquam ad suam ineundam societatem inducant; sibi tamèn benè visos, ut illam ineant, variis artibus tentant. Porrò Cl. Marchio anulum sibi à *Liberis Muratoribus*, ceù arrham, missum, quâ cum ad suam amplectendam societatem allicerent ac permoverent, mihi Madriti ostendit, in cujus circulò tria hæc insculpta nomina legi : *DEO REGI PATRIÆ*; in palâ verò seù fundâ hæc Muratorum insignia visebantur: putà *Circinus norma & trulla*; prætereà psallentes juxtâ Banier faustitatem eis propinant, qui suam clarificant ac pro-

(d) Matth. 18. vers. 17.

propagant societatem. Ad hæc, certò, subjungit Vintimilliensis, scitur, eos sæpè sibi nondùm cooptatis dixisse, quòd *Liberi Muratores* amicos, qui eis indigentibus suppetias ferant, sint ubiquè habituri, signòque datò, reperturi, ex ignobili licèt genere nati illustrissimi evasuri, fratresque Regum ac Pontificum futuri, qui illos certà ad se manus configuratione accedentes triplici, utriusque scilicèt genæ & oris osculò dignabuntur: unò verbò quòd intèr *Liberos Muratores* relati perennem sint felicitatem adepturi; qui proindè dati scandali rei sunt, regemque tenebrarum diabolum imitantur; talis enim est, qui proximum suum imperiò, consiliò, auxiliò, aut precibus ad rem aliàs vetitam inducit, cùm illum in tentationem inducat, quippè qui nequitiam docet ac suadet, perversa sen-

fenfibus mentibusque exempla ob-  
cit , ac fuggeltionibus prava in ani-  
mis defideria multipliciter excitare  
contendit.

XXXIV. Non me latet, quof-  
dam *Liberos Muratores* perfrictâ fronte  
reponere, eorum Societatem à nullô  
juftè prohiberi poffe, nequidem ab  
Ecclefia, eo quòd fua, inquiunt,  
Societas, utpotè tota in excolendâ  
fovendâque caritate fraternâ occu-  
pata, nihil præfcribat contineatvè,  
quod pietatem non redoleat; qui  
proindè ita fentientes, fuamque fo-  
cietatem fanctam necessariamque  
credentes, ut hanc factam tectam-  
que tueantur, & perfecutiones spon-  
tè patiuntur, & Clementinum ana-  
thema, quod injuftum nullumque  
exiftimant, summâ potiùs animi  
tranquillitate pati, quàm fuæ focie-  
tatis arcana enuntiare eamvè defe-  
rere malunt, feque hóc pacto opus  
lau-

laude dignum exercere credunt.

XXXV. At maximò illi errore capiuntur; exploratum namquè est, Pontifici anathematizanti obtemperandum ejusque è Cathedrâ docentis decisione standum, quandò aliquem anathemate ille ferit aut aliqua proscribit, quantumvis anathemate innodatus nullum istud putet & injustum, & quæ Pontifex, ut Doctor universalis, tamquàm falsa & noxia interpretatur, subditi vera & innoxia dijudicent. Quamobrèm Clemens XI. hanc Quenelli in favorem Jansenianorum propositionem ordine 92. = Pati potius in pace excommunicationem & anathema injustum, quàm prodere veritatem, est imitari Sanctum Paulum: tantùm abest, ut sit erigere se contrâ auctoritatem aut scindere unitatem. = Bullâ *Unigenitus* ann. 1713. proscripsit. Quam sanè patientiam



exprobrare ac detestari hisce Bernardi verbis omnes possumus ac debemus: (e) = O patientia omni dignâ impatientiâ! non possum, fateor, non irasci huic contentiosissimæ patientiæ :::: vera patientia est, pati vèl agere contrâ quod libeat, sed non præter quod liceat. =

XXXVI. Rursûs *Liberi Muratores*, quippè qui in suam adsciscunt Confraternitatem non Magnates dumtaxat, teste Banier, Duces, Theologos, Jureconsultos, Medicos, Negotiatores, & Bajulos, sed & judice Vintimilliensi, etiâ insignitè improbos, immò, apud Alticozzi, apostatas quòque Monachos Confraternitatem hanc sinè animò quidè honestam vitam traducendi ambientes, ipsò eam factò intrinsicè malam demonstrant: tales enim

(e) *Epist. 7. ad Adam Monach.*

enim personæ nomen huic Confraternitati numquàm darent, si in eâ boni aliquid, quod ad irriquietos effrœnis potissimùm concupiscentiæ motus coercendos, conduceret, ageretur.

XXXVII. *Fratris* quidèm nomine salutant sese & honorant, opera tamèn fraternâ caritate digna non exercent: ista enim non in comestationibus & potationibus, sed in sollicitudine proximis nostris bona spiritalia desiderandi, procurandi & exhibendi, eisque egestate oppressis etiàm temporalia subministrandi consistunt, quæ *Liberi Muratores* parvi, non sinè fundamentò, censentur habere; quùm Jesu-Christi pauperibus rarò, urgente etiam eleemosynæ faciendæ præceptò, subvenire videantur.

XXXVIII. Publicos itèm ac communes Ecclesiarum Conventus parum

rùm curantes, privatos cogunt ac secretos, in despectum Ecclesiæ, Status Monachalis, & Confraternitatum legitimâ Superioris Ecclesiastici authoritate erectarum: etenim solenniis suis, teste Banier, vacantes, alternis choris carmina inter bibendum fundunt, quibus artis *Muratorie* præstantiam, antiquitatem, heroes simul & infortunium Samsonis & aliorum, qui, quòd incauti fœminis secreta crediderint, perierunt, mentiuntur: semel quotannis *Liberi Muratores* Londini existentes supplicationem solennem curribus vecti agunt: *Fratres*, ut supra diximus, vocantur, qui si nos magis, seu veriùs se irridere velint, poterunt cum Circumcellionibus, Augustinò teste, ( f ) cantare, *quarè ergò & nos non appellamus Monachos?* dùm unum,

( f ) In Psalm. 123.

unum, aut alterum suæ adscribunt  
 Confraternitati, concio ad illos ha-  
 betur, lautis deín splendidisque con-  
 viviis toti intenti; quorum proindè  
 Confraternitas potiori jure reproba-  
 ri debet, quàm Confraternitates illæ,  
 quas Concilia Parisiense ann. 1528.  
 Can. XXX. & Bituricense an. 1584.  
*tit. de Invocat. Sanctor.* ex hoc capite  
 perstrinxerunt.

XXXIX. Gravissimi igitur scan-  
 dali *Liberi Muratores* rei sunt, quam-  
 vis exotica & execranda, quæ de  
 illorum Societate retulimus, reverà  
 non existunt: peccatum enim hoc  
 committit, nonmodò qui famosos  
 de se rumores spargendi occasionem  
 præbet, ut communi DD. calculò  
 docetur, sed ille quòque juxtà SS.  
 Bernardum (g) & Antoninum (h) qui  
 fa-

(g) *Serm. 72. de Divers.*

(h) *In Sum. p. 2. tit. 7. cap. 4.*

facit aliquid aut omittit, quod proximo occasionem ruinæ spiritualis daturum, certò aut etiàm probabilitèr cenfer, tametsi expresse id non intenderit. Undè illi vel ex hóc unò capite nuncium huic remittere Societati deberent, quùm unusquisque, nè, vel proximo scandalo fit, se juxtà Apostolum (i) ab omni re abstinere obligetur, quæ mali speciem præferat. Porro quilibet suas tenetur animadvertere actiones, ac nè illis quemquam offendat simul etiam cavere. Heinc Ven. Innocentius XI. sequentem Michaelis de Molinos propositionem ordine decimam ann. 1687. damnavit: = Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodò non adsit voluntas scandalizandi; & ad proprios defectus

D. non

(i) Roman. 14. v. 16.

non posse reflectere , gratia Dei est. =

XL. Diximus ; *vèl ex hòc unò capite* : illam enim , utpotè à legitimis Superioribus tùm Ecclesiasticis , cùm Secularibus vetitam, repudiare etiàm debent , quùm certum fide sit , Christifideles (quorum profectò non est motiva quibus illi ad aliquid præcipiendum vèl prohibendum inducuntur examinare) morem gerere non Ecclesiæ solùm teneri, (l) sèd & Principibus Secularibus in temporalibus supremis ; (m) ità ut præcepti violatio gravis sit non modò in materià gravi & levi, sùb gravi tamèn ex gravi honestòque fine prohibita, sed in materià quòque ex se indifferenti, quamvis sub levi ex fine

(l) Luc. 10. vers. 16.

(m) Apost. Rom. 13. à vers. 1. ad 6. & ad Titum 3. vers. 1.

*Liberorum Muratorum.* § I

fine itidè m honesto vetita , si viola-  
tio isthæc ex contemptu formali fiat,  
hoc est , ex directâ intentione mi-  
norem justo æstimationem de su-  
periore ejusvè potestate aut lege ip-  
sò factò significandi : quùm omnis  
potestas à Deo sit , quam qui con-  
temnit , Deum ipsum contemnit,  
damnationemque eaproptèr mere-  
tur, uti Theologi D. Bernardum (n)  
sequuti tenent. Quare *Liberi Mura-*  
*tores*, quippè qui contumacitè utro-  
rumque Superiorum præceptis ob-  
sistunt , hos spernunt, adeoque gra-  
vitèr peccant , quamvis illorum so-  
dalitatem rem aliàs indifferentem  
permittamus.

XLI. Ast illa perversa est, vel quia  
gravissimi periculi plena, uti Clemens  
XII. in Bullâ citatâ asseverat. Sanè  
eruditus nullus mala propèmodùm

D 2

in.

(n) *Lib. de Præcep. & Dispens. cap. 8. & 11.*

innumera ignorat, quæ occulta Con-  
 venticula à Superioribus aut nascen-  
 tia non repressa, aut ignorata, aut  
 non curata in fidei, morum, Prin-  
 cipum aliàs proborum ac Regno-  
 rum perniciem pepererunt. Istorum  
 profectò exempla Historiæ Eccle-  
 siasticæ & Prophanæ benè multa  
 suppeditant. Unum hùc & quidè  
 recentissimum non præteribo. Ita-  
 què, si fides Mercurio Historico &  
 Politico, hoc est, Ephemeridi re-  
 rum gestarum mense Aprili curren-  
 tis anni vulgatæ, quædam Virorum  
 ac fœminarum in Germania Socie-  
 tas nupèr detecta fuit, & à Magis-  
 tratu justâ severitate profligata, eo  
 quòd obtentu omnia sua sibi com-  
 munia reddendi, scelera perpetra-  
 bant: Nicolaitas videlicèt sequuti non  
 decimi tertii solùm, sed primi quo-  
 què sæculi, qui (Clement. Alexand. (o)

(o) Lib. 5. Strom.



& Lactantiô (p) referentibus) illâ Platonis sententiâ : *Omnia*, nimirum, *vèl etiâ in fœminas in magnâ hâc Orbis Republicâ homibus tamquàm fratribus communia esse debere* : decepti, fidem ac mores corruperunt, frequentia ac secreta singulis hebdomadis conventicula inibant, cœremonias ridiculas, exque fanaticô cerebrô ortas exercebant, & fratres, *Galeri nigri* dicti, sororibus ejusdem Societatis, quas *ficus nigras* vocabant, promiscuè utebantur : ita ut fœmina, cui frater manum argenteam, quô die Societati illa nomen dabat, ostenderet, istô durante, prævæ suæ voluptati eadem indulgeret, ac serviret.

XLII. Undè *Liberorum Muratorum* Societas prudentem vehementemque potestati Ecclesiasticæ ac

D 3

Se.

(p) *Lib. 3. cap. 21.*

Seculari suspicionem ingenerat, nè scilicèt fidem illi in suis Conventiculis subvertant, mores corrumpant, suorum Principum vitæ insidias parent, aut quicquam contrà Regni tranquillitatem moliantur. Hæc autèm vel ipsorum testimonia & statuta evincunt: testimonia quidèm, *Liberi enim Muratores* in *Bataviâ* publicâ authoritate damnati, ut notam nefandi criminis sibi à populô impacti eluerent, à Banier evulgasse dicuntur, se à Magistratu ob suspicionem perduellionis in gratiam Principis Nassau, vulgò *Arausicani* proscriptos: statuta verò, hanc enim laudatus Banier inter istius Societatis regulas refert: *Si quis Confra-ter res fortè novas adversùs Principem aut Rempublicam moliretur, cum reliqui sodales deberent, non quidèm imitari nequè è Societate eaproptèr exturbare, sed illius vicem dolere.*

XLIII. Tacere autem in hypothesi nec delinquentem redarguere, malum est adprobare; immò proditionem his, quorum interest, non denunciare, plerumque est etiam conspirare, cùm unusquisque malum proximi impedire, si potest, teneatur; & ubi de proditione agitur, hancque per monitionem secretam impeditum iri certò non constat, uti usuvenit in similibus, deferenda illa superiori sit, omisâ etiam correctione fraternâ; quùm sit bono communi, quippè quod privato præferri debet, etiàm cum nocentis infamiâ sufficientèr providendum.

XLIV. Sanè pronum est, proditionem ex hâc Societate manare: quùm enim illam diversæ gentes componant, fidè sæpè ac moribus, subindèque animis etiàm contrariæ, eo quòd illarum Principes sese ar-

mis adinvicem premant, evenire facile potest, ut aliquis hujuscemodi confessuum frater sermonem ibi instituat, eumque ad suos convenas adversus Religionem aut Principem subvertendos sensim dirigat atque divertat. Quò sanè casu, si Orator in sodalium animum id inducat, exitus suspicionem à Clemente XII. assertam, & à nobis insinuatam invictè probat, ac veram fundatamque demonstrat: si verò res è sententià non succedat, quò pacto *Liber Murator* ibi, candidò fortè pectore existens, fidei aut Principi periclitanti, uti jure naturæ tenetur, providebit, quùm viam ad id sibi occluserit, inviolabile secretum jurejurandò promittens sub pœna crudelissimam mortem subeundi à suis collegis infligendam?

XLV. Jam verò una hæc suspicio non solùm prohibitioni istius

Societatis sufficit, sed & utrosque Principes ad illam prohibendam obligat: Ecclesiasticos quidem, ac signanter Romanum Pontificem; iste enim, utpotè à Christò (q) veram perviamque eterne salutis viam dominicò gregi ostendere jussus, quoscumque Christianos semitas aggressos difficultatibus ac periculis plenas, indè tenetur avertere: Seculares verò, siquidem ii, quum bono publico seù Civium quieti ac faustitati consulere debeant, pati ea in suis ditionibus nequeunt, à quibus prudentè timeri possit istarum everfio.

XLVI. Quum itaque frustrà sit in Superiore potestas, nisi in subditò sit obediendi necessitas, *Liberi Muratores* obsequi in propositò nedùm Ecclesiæ debent, sed illorum

(q) Joan. 21. vers. 15. 16. & 17.

rum quoque Principibus in temporali-  
 bus supremis : Etenim intuitu  
 vel solius fidelitatis , quâ erga hos  
 tenentur , nec fœdus cum istorum  
 hostibus sancire , nec , ipsis insciis,  
 & à fortiori contradicentibus, clan-  
 culum coire queunt : ista enim per-  
 duellioni obnoxia sunt, prudentem-  
 que illius timorem Principibus  
 creant. Hinc Principes istiusmodi  
 Conventicula cogentibus eandem,  
 quam Regna armatâ manu invaden-  
 tibus pœnam dixerunt : Sic enim  
*L. 2. ff. de Colleg. & Corpor. illic. de-*  
 cernit : = Qui illicitum Collegium  
 usurpaverit , eâ pœnâ tenetur , quâ  
 tenentur hi , qui hominibus armatis  
 loca publica vel templa occupasse,  
 iudicati sunt. = His de Causis , &  
 quia Congregationes , quarum ins-  
 tituta , horumque finis ignorantur,  
 municipalibus Regni Hispaniarum  
 legibus vetantur, & quia Sedes Apof-

tolica *Liberorum Muratorum* Societatem sub excommunicatione damnavit, Catholicus noster Rex, Ferdinandus divinâ providentia VI. à Deo electus fidei Defensor Ecclesiæque Protector, Societatem hanc in cunctis Ditionibus suis Edictô die 2. Jul. currentis anni prohibuit, admonens contraventores Regiam suam indignationem aliasque pœnas ad libitum suum infligendas incurfuros: itaut, qui post publicationem istius Edicti *Liber Murator* perfiterit, aut denuò fiat, locô sit, honore, fenatu, aut cingulô militari amovendus.

XLVII. Porrò, si confessioni (inquit Vintimillienfis) cujusdam *Liberi Muratoris* fides, illa Societatem hanc intrinsicè malam ineluctabiliter etiàm probat: is enim, nempè *Liber Murator*, pudore & horrore suffusus, quòd nomen tali Societati de-

dederit ; asseruit , se reum magni criminis reputaturum , si cuiquam hujusce Societatis incundæ author esset : id autem non aliam ob causam dictum putandum , nisi quia execranda ille patrari in hâc Societate scelera animadvertit , quod nemo mirari debet , quum pares Societates , ut semel atque iterum diximus , paria semper monstra produxerint. Unam hîc Manichæorum sodalitatem cum Theodoreto primoribus labris delivabimus , de quibus differens ille , = Præstigiis , *inquit* , (r) quoquè egregiè utuntur , scelerata sua mysteria peragentes. Quâ de causâ valdè difficultè elui potest eorum doctrina , & qui execrandis eorum orgiis interfuerit , eorundemque particeps extiterit , valdè est difficultè transmovere , &c. =

XLVIII,

(r) *Lib. I. Hæret. fabul.*



XLVIII. Quidquid tamèn de hóc sit , horribilia verba , quibus formula jurisjurandi *Muratoriani* à nobis infrà expendendi concipitur , sodalitatem hanc de malô valdè suspectam homini , cui cor sapiat , etiàm reddunt , prudensque ingerunt dubium , nè malum ibi aliquod delitescat ; maximè quùm juramentum istud præstari exigatur , antequàm juraturus noverit atque examinaverit & rem jurandam , & obligationem exindè contrahendam , quod proculdubiò fanaticismum redolet.

XLIX. *Liberi* quidèm *Muratores* hocce juramentum temerè præstari negant , eo quòd , Viri , inquit , summò splendore conspicui nil in illorum Societate Religioni aut Principis Statui contrarium tradi aut peragi candidatis priùs significaverint , & adseverantèr adfirmaverint. Undè omnes illi clamitant , sibi inju-

jurios utrosque Principes esse illis benè sentientibus rectèque agentibus non credentes. Mos tamen iste apud seductores semper & hæresiarchas obtinuit; & tamèn funestos hujusce affectati honoris & asseverationis effectus eruditus nullus ignorat.

L. Sanè Meletiani sæculô quartô in Ægyptô sævierunt, Donatistæ, Montenses quoquè ac Rupenses dicti, sæculô quartô ac quintô in Africâ vehementèr tumultuati sunt. Pauliciani sub protectione Saracenorum & favore Nicephori Imperatoris sensim sæculô nonô ità invaluere, ut apertum, occupatis oppidis, auctâque potentiâ, bellum indixerint, quod, regnante Basiliô Macedone, diù productum fuit; Tanchellinus, quùm multos libidine dementasset, brevì stipatus trium millium hominum copiis, terrori Antuerpiensibus

potissimum sæculô duodecimô fuit:  
Waldenses & Albigenses furiosè  
Galliam rebellione & armis sæculô  
duodecimô ac decimô tertio infes-  
tarunt: Rusticorum Anglorum ad-  
versùs Regem & Regnum feditio-  
nes ac tumultus, quos Wicleffus  
sæculô decimô quarto suscitavit,  
Angliam miserè fœdarunt: Hufsitæ,  
ex Wicleffistis prognati eodem dis-  
fensionis ac rebellionis spiritu per-  
citi innumeras in Bohemiam cala-  
mitates eodem sæculô invexerunt:  
Thaboritæ, iidemque & Hufsitæ  
aut istorum furculus patriam suam  
eodem itidem sæculô sanguine ac  
cædibus repleverunt: Lutherani sæ-  
culô decimô sextô horrendis rusti-  
corum tumultibus Germaniam sus-  
dèque verterunt: Anabaptistæ, ho-  
rum pestifera proles, Monasterii in  
Germania tumultuantes, Johannem  
Leydensem Sartorem, Regem sibi  
sta-

statuerunt : Calvinistæ deniquè fecerunt in Gallia parentes rebellionum ac bellorum civilium quadraginta ferme annorum spatium illam foedissimè dehonestarunt ; donèc Ludovicus XIV. cognomento Magnus hydram hanc excidit, quum Edictum Nannetense, quod superiorum temporum calamitas extorserat, an. 1685. revocans, omne religionis Calvinianæ exercitium toto Regno severissimè interdixit.

LI. *Liberi* itaque *Muratores*, si dedecoris maculas seu sinistras de illis opiniones conceptas, quas hanc Societatem spontè ineuntes ac mordicè tuentes, movent, apud Principes, immò apud cordatos omnes eluere velint, secretum revelent; statimquè Principes insectari eos desinent, si secreti conscii, nihil mali nequè istius periculum in eorum fodalitate prehenderint. Si autem

in-

intimos suæ Societatis sinus palam  
facere detrectent, hæc ex Hieron.  
(f) illis regerenda nobis succurrunt:  
= Aut bona sunt quæ docetis, aut  
mala: si bona, defendite liberè: si  
mala, quid occultè miseros jugula-  
tis errore, rectæque fidei ad deci-  
piendos simplices quosque jactatis  
expositionem? Quæ si vera est, cùm  
absconditur? Si falsa, cùm scribi-  
tur? ::: Isti publicum fugiunt, &  
sufurrant in angulis perditorum, do-  
lentque quâsi pro suis, quæ sua me-  
tuunt confiteri. = (t) = Loquere,  
quod credis, publicè prædica, quod  
secretò discipulis loqueris ::: & non  
animadvertis idcirco nos scribere, ut  
vos respondere cogamini, & apertè  
aliquandò dicere, quod pro tem-  
pore, personis & locis vèl loqui-  
mini vèl tacetis ::: Ecclesiæ victoria  
est,

(f) *Lib. 4. in Hierem. in Præfat.*

(t) *Epist. ad Galatas.*

est, vos apertè dicere, quod sentiatis: aut enim idem responsuri estis, quod & nos loquimur, & nequaquam eritis adversarii, sed amici: aut si contraria nostro dogmati dixeritis, in eò vincemus, quòd omnes cognoscent Ecclesiæ quid sentiatis. Sententias vestras prodidisse, superasse est :: sola hæc hæresis est, quæ publicè erubescit loqui, quæ secretò docere non metuit. =

LII. Quamvis autèm *Liberis Muratoribus*, se viros honoratos jactantibus, gratis concedamus innocuum actu unum aut alterum suæ Sodalitatis confessum, uti Templariorum Conventibus olim contigisse vulgò dicitur ac creditur; id tamèn respectu reliquorum omnium in animum inducere non valemus, quùm Clemens XII. ac Benedictus XIV. in Bullis sæpè laudatis ista de præfatis confessibus certà scientiã,

ma-

maturâque deliberatione pronunciant : *Ut iisdem aggregationibus nomen dare , apud prudentes & probos idem omninò sit , ac pravitatis & perversionis notam incurrere.* Sanè , cum *Liberi Muratores* personas etiàm profligatæ vitæ , nè hæreticis quidèm manifestis exceptis , in suum cœtum recipiant , jure ac meritò cuilibet illorum confessui nota hæc inuritur , quæ satis superquè fuit , ut totus Templariorum ordo in Conciliò Viennensi sub Clemente V. ann. 1311. subprimeretur : Templariorum , inquam , qui eo nequitiaè desinente sæculò decimò tertiò devenisse divulgati sunt , ut occulta intèr alia crimina cum Saracenis & Turcis fœdera & conspirationes inirent.

LIII. Diximus ; *gratis concedamus* , siquidèm integrum cuique est *Liberis Muratoribus* dicentibus non

credere, non solum, quia illi, non obstantibus decretis in contrarium, clam convenire pergunt, sed quia mendacium licitum censere, teste Vintimilliensi, feruntur. Porro nihil de suis Mysteriis aperte vulgo credunt, sed fidei tantum auribus: Si quid dogmatum in publicum emanare contingat, palam negant, quod in cubiculis docent & operantur; ut omnes fallant, suaque recta servant, literas apud Alticozzi literis, statuta statutis, & signa signis subrogant: eorum societatem ambientes, quos secreti tenaces non futuros sibi suadent, decipiunt, hos enim suis subinde confessibus dignantur, rebus ibi à verò longè aberrantibus consultò instructes; miseri hi exoticas cœremonias exercere iussi, convivii aliisque functionibus etiã interesse permisi, se & Societatis arcana noscere, & *Liberos*



*Muratores* credunt, quùm tamèn ve-  
rorum Societatis secretorum exper-  
tes omninò sint, & reapsè apud le-  
gitimos sodales nec *Liberi Muratores*  
habeantur nec sint. Quò casu, sub-  
jungit laudatus Alticozzi, confessus  
Rector veri ac secretorum myste-  
riorum silentium indicens, ait: *Cœ-  
tus clausus*, aut *Pluit*; hoc est, soda-  
les, nobiscum adsunt personæ rela-  
tione secreti suspectæ, quaproptèr  
tacete omnes, meisque vestigiis in-  
sistentes, fallaces pro libitu cœre-  
monias usurpate: plerique deniquè,  
prætèr suprà recensita mendacia,  
sintnè *Liberi Muratores* interrogati,  
rotundè negant.

LIV. Quibus profectò & con-  
ceptam de ipsis opinionem, nempè  
quòd mendacium illi licitum cre-  
dant, invictè confirmant, & se in-  
fensissimos commercii humani, ho-  
nestatisque naturalis hostes profiten-

tur; quorum eximios aliàs cultores in suis cantilenis & Catechismis reverà ridiculis ac scripto Dei verbo injuriosis sese nobis venditant: injuriosis, inquàm, ut enim constat ex Catechismò, quem Alticozzi in fine citati opusculi exhibet, multa ex Sacrà Scripturâ ad illos concinnandos depromunt; verba & sententias illius ad scurrilia & fabulosa per summam temeritatem convertentes ac torquentes, cujus proindè temeratores, ut inquit Tridentinum, (u) & violatores sunt; adeòque injuriam irrogant S. Scripturæ seù potiùs Deo immediato istius Authori.

LV. Desinant igitur *Liberi Mutatores* se eximios commercii humani ac naturalis honestatis cultores jactare; siquidèm etiàm extero mentiri non Christianum tantùm, sed Ethni-

(u) *Decret. de Scrip. Canon.*

Ethnicum quoque dedecet, quum ipsum naturæ lumen mendacium humano convictui & honestati naturali contrarium ostendat. Hinc graphicè Lactant.(x) ait: = Cetera, quæ observare cultor Dei debet, facilia sunt illis virtutibus comprehensis, ut non metiatur umquam decipiendi aut nocendi causa. Est enim nefas, eum qui veritati studeat, in aliqua re esse fallacem, & ab ipsâ, quam sequitur, veritate discedere. In hâc justitiæ virtutumque omnium viâ nullus mendacio locus est. Itaque viator ille verus ac justus non dicet apud Lucilianum: homini amico familiari non est mentiri meum, sed etiâ inimico atque ignoto existimat, non esse mentiri suum, nec aliquandò committet, ut lingua interpret animi assensu & cogitatione discordet. =

E 4

LVI.

(x) *Instit. lib. 6. cap. 8.*

LVI. Tot itaque mendaciis & arctissimò secretò viam *Liberi Muratores* consularem sternunt, ut prudens quisque suspicetur, sibi imitandos proposuisse, vè Valentinum hæresiarcham secundi sæculi, qui nefanda sua scelera occultaturus, impenetrabile silentium discipulis indicebat, hos, nonnisi januis clausis, perversa sua dogmata docebat ac præter Evangelium S. Joannis cetera (uti *Liberi Muratores* facere videntur) rejiciebat, ut testatur Tertullianus; (y) vè Priscillianum Valentini sæculò quartò sectatorem, cujus Societatis summa & caput fuit inviolabile secretum, quod, ut arctius custodiretur, perjurium quoque, Hieronymo (z) & Augustinò (a) testibus, licere impudentèr do-

(y) *Contr. Valent. cap. 3.*

(z) *Advers. Pelag.*

(a) *De hæres. cap. 7. & lib. 2. Retract. cap. 11.*

docuit; vèl novos Manichæos à vafra Italâ Aurelianis in Galliâ sæculô undecimô ineunte deceptos & ann. 1017. ab Aurelianensi Conciliô damnatos, qui magnâ sollicitudine cavebant, nè illorum secta aliis quàm Sodalibus innotesceret; vèl Apostolicos, hæreticos duodecimi sæculi, qui latebras secundùm Bernardum (b) sibi indicentes, promiscuos & clandestinos agebant conventus, atque omni se mutuò spurcitiâ contaminabant; vèl Flagellantes, qui hanc Priscillianistarum sententiam: *Fura, perjura, secretum prodere noli*, tamquàm tesseram suæ Societatis sæculô decimô tertio adoprasse à Jodocô Coccio (c) dicuntur.

LVII. Certè *Liberi Muratores* se quidè Romano-Catholicos buccis plenis profitentur, id tamèn operi-

(b) *Serm.* 63. & 66. in *Cantic.* (b)

(c) *Tract.* 2. lib. 7. art. 3. (c)

ribus liquidò negant ; nedùm cōn-  
 fuetudinem cùm manifestis hæreti-  
 cis ineuntes , sèd hos etiàm apud  
 Vintimilliensem , juramentò , ut  
 perhibetur , promittere facientes , se  
 avitam nunquàm Religionem de-  
 ferturos : primò enim factò perversi-  
 onis periculo se committunt. Un-  
 dè veri Christifideles ab Apostolis  
 Paulò (d) & Joanne (e) cùm mani-  
 festis hæreticis convivere prohiben-  
 tur , ac etiàm manducare , nè ma-  
 lignis eorum operibus communi-  
 cent , seù quòd in idem recidit, in-  
 ficiantur. Secundò vero factò Reli-  
 giones omnes , utut falsas & ab Ec-  
 clesiâ Romanâ proscriptas exercitè  
 adprobant, atque Libertinos sequu-  
 ti , gentem sæculò decimò sextò us-  
 que adeò improbam , & à rationis  
 dictamine desciscentem , ut Calvi-

nus

(d) 1. Corinth. 5. v. 11. 12. & 13.

(e) Epist. 2. vers. 9. 10. & 11.

nus ipse, quantumvis scelestissimus; calamum contra ipsos acuerit, quamcumque sectam innoxiam proclamant; qui proinde hæreticorum omnium fautores facti censuris Ecclesiasticis à Paulô potissimum IV. & S. Piô V. adversus ejusmodi personas latis apud Deum & homines innodantur.

LVIII. Rursus perverfam hanc Societatem etiã indigitant: 1. horrida & planè hæretica, teste Altico-tiô, responsio à discipulis *Liberorum Muratorum* (qui dici ac credi veri Christiani volunt) præstita, dum ipsi, cùm huic sectæ nomen dederint interrogati blasphemant, se hanc amplexos societatem, *ut è tenêbris transferrentur in lucem*: 2. prophani vocabulum, quô *Liberi Muratores* suæ non adscriptos Societati afficiunt: 3. frequens trianguli ac ternarii numeri in suis functionibus usus, ritus-

tusque vani, quibus suos iniant.  
 Hæc cœremonias laudati in pro-  
 logô Authores fusè recolunt, &  
 illarum specimen hîc subjicien-  
 dum operæpretium duxi.

LIX. Dùm quis alicui istius So-  
 cietatis cœtui aggregari deside-  
 rat, Sodales eligunt Proponentem,  
 qui Candidati vitam ac mores ex-  
 quirat, ut hæc approbanda vèl re-  
 probanda cœtui deferat: quæ si ad-  
 probentur, Proponens, Patrini rem  
 ac nomen sibi vindicans, Candida-  
 tum in cubile luminis expers infert,  
 quod Inspectores seù Servi apud  
 ipsos nuncupati, districtis gladiis,  
 aditu prophanis interdicturi, custo-  
 diunt: Patrinus Candidati vocatio-  
 nem primò explorat, ille se voca-  
 tum experiri reponit: tunc Patrinus  
 illius vestem & calceamenta diligen-  
 tèr scrutatur, rem quamcumque  
 metallicam hînc ablaturus, putà fi-  
 bu-



bulas, capsam, globulos adstricti-  
tios, annulum, horarium, pecunias,  
& in aliquibus cœtibus ipsam quô-  
que vestem, si hæc sit fasciolis au-  
reis argenteisvè contexta, imò,  
teste Authore Epistolæ Liburnensis,  
Candidatus omnibus præter fœmo-  
ralia & subuculam vestibus alicubi  
exuitur: ubiquè dextrum Candidati  
genu detegitur, calceum pedis sinis-  
tri huic instar crepidæ inducere ille  
cogitur, illius oculi fasciâ obstruun-  
tur, sibi que ferè per horam relinqui-  
tur, interim Patrino silente, qui,  
hòc tempore elapsò, tèr januam  
pulsat aulæ receptionis tribus fenest-  
ris extructæ, unâ ad ortum, aliâ  
ad austrum atque ad occasum alte-  
rà: cœtus Rector cum Sodalibus,  
quos socios nuncupant, intrâ aulam  
existens, tribus itidèm ictibus res-  
pondens, Candidati vocationem se-  
cundò explorari jubet, iste idem  
quod

quod priùs reponens, ingredi permittitur. Aulam itaque memoratis inspectoribus aut servis stipatus ingressus, tèr circum duas columnas, alteram ad partem dextram litterâ *B*, alteram ad partem sinistram litterâ *F* notatam, in aulæ mediò locatas tribusque luminibus accensis trianguli figuram exhibentibus ornatas, agitur, Sodalibus intereà circinò ac trullâ torò ceruleò è collò pendente adnexis strepenti-  
 bus: tribus deìn temporis interval-  
 lis Patrinus & inspectores aut servi Candidatum cœtùs Præposito sistunt, cui, nempè Præposito, hinc indè focii assident ventrali albi coloris pelliceò aliisque artis *Muratoria* insignibus induti. Tunc Rector tertio Candidati vocationem explorat; iste autem paria itidem tertio reponens, ac districtis minacibusque gladiis à Confratribus semel & iterum

relatis circumdatus fasciâ Rectoris jussu exiit. Deîn frater Orator sermonem ad ipsum habet. Quô finitò, Candidatus genu dextrum coràm Præfecto supèr scabellum flectit, dextrâ Evangelium S. Joannis tangit, sinistrâ circinum tenet, hunc ad lævam pectoris partem admo-vens, istâque corporis habitudine constitutus, juramentum, vel jux-tà Anglum, quem Banier allegat, votum simul & juramentum jussus emittit. Postea Rectori afsidet at-que explicationem excipit tum lit-terarum B, hoc est, *Booz*, quæ Ma-gistrorum est signum, & J discipu-lorum indicis, id est, *Jakim*, cum signorum nonmodò manualium, quibus digitorum compages titillan-tur, sed pedatorum quoquè, guttura-lium & pectoralium, quibus ita pe-des disponunt, & manum gutturi pectorique admovent, ut trullam re-  
fe-

ferant. Ex aulâ refectorium incedentes, Novitius juxta Præfectum accumbit. In refectoriô sunt candelabra triangularia, & signis alicubi figurisque allegoricis sigillata: hîc ad bibendum quasdam ex arte militari depromptas voces usurpant. Tribus temporis spatiis vas vel pateram ori admovent, totidemque intervallis ea in mensis reponunt, ac tẽr *vivat* lati pronunciant. Observandum tamẽn, *Liberos Muratores* pro temporum, locorum ac personarum commoditate ritus variare. Sanẽ inter bibendum non idem ordo etiã in solenniis suis sempẽr servatur: signa mox relata temporis successu, teste Alticozzi, alterarunt, nec eadem Concio ubiquẽ habetur, ut ex laudatis Authoribus evincitur.

LX. Hactenũs recensita non ludicum quid sunt, seũ jucunda animi

mi relaxatio, ut *Liberi Muratores* effu-  
tiunt, ad reciprocam necessitudi-  
nem conciliandam, atque ad Can-  
didatos ex inopinato ludificandos  
instituta; quum res usqueadeò exo-  
tica non vana dumtaxat observan-  
tia, quam Ecclesia sempèr fuit de-  
testata, sed manifestus etiàm sint,  
inquit Vintimilliensis, sacrilegorum  
mysteriorum index, quæ gentiles in  
Ægyptò præsertim & Atticâ perage-  
bant, summòque studiò occulta-  
bant. Porrò Ethnici suis non initia-  
tos mysteriis, referentibus Virgilio  
(f) & Servio apud Robertum Ste-  
phanum (g) vitabant, eosque pro-  
phanos, hoc est, irreligiosos, non  
sanctos, seù à Religione remotos  
nuncupabant.

LXI. Disparem numerum ma-  
ximi etiàm Ethnici habebant, undè

F

Ho-

(f) *Æneid.* 6.

(g) *Tom.* 3. *Thef. Ling. Latin.*

Homerus, inquit Bongus, (h) disparem numerum in sorte boni ponens, semper imparia superis sacrificari ducit, ut fecit Nestor Neptuno, ac ut Ulixi Tiresias iussit: cuius disciplinæ non ignarus Maro cecinit: (i)

*Num erò Deus impari gaudet.*

Nequè quòvis impari Deum gaudere significavit, sed eò qui primus est numerorum imparium & initium corporum solidorum ex pluribus areis constantium. Sicut enim Deus est principium omnium, quæ aguntur, ità primus ternarius numerus omnium reliquorum per seipsum auctus, pergit Bongus, triangulum parium laterum constituit, quam figuram Pythagoræi rebantur Divinitatis indicium, undè Minervam triangulum æquilaterum appellabant.

LXII.

(h) *Mystic. numer. signific. pag. mibi 70. & seqq.*

(i) *Eclog. 8.*

LXII. Superstitiosi profectò populi ternarium numerum non Sacrum dumtaxat, atque ad cœremonias deorum Religionisque plurimum conferentem, sed ad omnia etiã potentissimum credebant. Quarè 1. illius auspiciò preces & libamina tertio repetebant, eaque tertio quòque die aut trimestri spatio peragebant, ut Nicomachus apud laudatum Bongum memoriæ prodidit: = Tèr, inquit, libant, & tèr sacrificant, qui vota sua petunt à Deo consummari. 2. Illum in purificationibus & arborum lustrationibus adhibebant: tèr namquè, Virgilio (j) & Ovidio (k) referentibus, spargebantur, qui lustrationis aqua irrorabantur. Tèr quoquè hostias circa fruges agebant, ait enim Virgil.

(l)

F 2

Tèr.

(j) 6. *Æneid.*

(k) 7. *Metamorph.*

(l) 1. *Georg.*

*Terque novas circum felix eat hostia  
fruges.*

Ufui etiam ipsis in ligationibus erat,  
cùm Maro scripserit: (m)

*Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.*

Sanè Medea verba tèr dicens mare  
& flumina concita stitisse legitur:

Carna quoquè sivè Crana dea filium  
Regis Albani à strigibus obsessum

ità liberare volens ab Ovidiô (n)  
describitur:

*Protinus arbutea postes tèr in ordine  
tangit.*

*Fronde tèr arbutea, limina fronde  
notat.*

Claudia itèm Vestalis, quùm in sus-  
picionem stupri venisset, & simula-  
crum Matris Idææ in vadô Tyberis  
hæreret, suam comprobatura pudici-  
tiam, cingulô navem, quam multa

ho-

(m) *In Pharmac.*

(n) *Fastor. 6.*



hominum millia trahere nequibant;  
ternariô intèr precandum numerô  
usa ab Ovidiô (o) traxisse fertur:

*Tèr caput irrorat, tèr tollit ad aethera  
palmas,*

*Et subito navim parvô conamine tra-  
xit.*

Ceres prætereà dea Proserpinam fi-  
liam suam quærens, à fabularum  
Theologis totô errasse mundô scri-  
bitur; quàm quùm in Atticâ à Celô  
Sene Atticô hospiciô receptam in-  
venisset, velletque in grati animi  
memoriam Senis filium infantem  
immortalitate donare, sacrificia ita  
peregisse ab Ovidiô ibidem traditur:

*Tèrque manu permulsit eum, tria car-  
mina dixit:*

*Carmina mortali non referenda sonô.*

Ad hæc, ternâ despuere deprecatione  
in omni medicinâ, inquit Plinius (p)

F 3

moz

(o) *Fastor. 4.*

(p) *Histor. lib. 28. cap. 4.*

mos est, atque hinc effectus adjuvari,

LXIII. Postremò ternarius numerus & in sacris Feralibus deæ Murtæ exhibitus ab Ovidiô (q) dicitur, & funeribus sacer perhibetur. Porro Æsculapius à Dianâ exoratus, Hypolitum fatô functum ab inferis revocatum, pristinæ incolumitati restituere volens, ita ob Ovidiô inducitur: (r)

*Pectora tèt tetigit, tèt verba salubria  
dixit:*

*Depositum terra sustulit ille caput.*

Hinc Ethnici fatô functum propriò nomine tèt clarum inclamabant: ità ut si vitalis aliquis adhuc calor lateret inclusus, vitæ signum aliquod ederetur; secùs verò, de eò conclamatum dicebant, undè *Conclamati* vocabantur. De hâc conclamatione mentionem fecerunt Homerus,

Theo-

(q) *Fastor.* 2.

(r) *6. Fastor.*

Theocritus, Virgilius & Proclus à Bongô citati, qui postremus apud eundem Bongum ait: = Mortuorum vocationes tèn facere consuevimus.

LXIV. Quamobrèm, si *Liberi Muratores* muratoriam hanc artem seù Societatem à veteribus Ægyptiis aliisque populis Orientalibus Superstitiosis & Idolatris, quà talibus inventam prætextent, eamque oblivione sepultam ab Anglô vèl ab Anglis quibusdam seù Scotis sæculô proximè elapsô revocatam velint, atque talibus glorientur authoribus, nos eis fanè minimè invidemus, quinetiàm per nos licebit, ut iisdem præter hæctenùs recensitos adjungant Authorem & fautores libri inscripti: *Evangelium æternum*, vèl *Evangelium Spiritus Sancti*: qui quædam, referente Natali Alexandro, (f)

ternaria delirantes contexebant, putà tres hominis status sibi invicem successione quòdam clarificandos asseriebant: Sacræ Scripturæ ternarium, Veteris scilicèt Novique Testamenti & Evangelii æterni effutiebant: spatium duodecimi sæculi labentis in tria tempora distinguebant, atque his quoddam itèm vivendi ternarium trium prædictorum temporum distinctione variatum adnectebant: Fratricellos, istorumque germen sæculò decimò tertio Bizochos, Lollaros, Dolcinistas ac Turrelupinos, spurcissimum hæreticorum sæculò decimòquartò genus, & Illuminatos, à Gallis Guarinos dictos, spurcam itèm sæculi decimi sexti luem.

XLV. Comminatorium denique *Liberorum Muratorum* juramentum quod attinet, his pactò & verbis concipitur: Candidatus modò  
mòx

mòx expositò constitutus Deò Magno Orbis Architecto promittit , se Societatis Collegarumque secreta, tam sibi nota , (si quæ fortè tunc scit) quàm deindè scienda , nequè explicitè nequè implicitè , nequè verbò , nequè scriptò , nequè cælaturâ , nequè sculpturâ , nequè aliò excogitabili modò ulli umquàm extra Societatis confessum , nisi fodalibus , & postquàm hos , signò datò , tales certò noverit , manifestaturum , seque , casu quò jusjurandum violaverit , spontè subjicit ipsius linguæ eradicationi , cordis lacerationi , corporis combustioni, atque , ut æterna eum delet obli-  
vio , corpus suum in cinerem re-  
ductum , versùs quatuor mundi plagas & in profundum maris diffundi ac jactari permittit , hisque verbis: *Sic me Deus adjuvet* ; juramentum terminans Sacrosanctum

Joannis osculatur Evangelium.

LXVI. Juramentum tamèn istud exigentes ac præstantes multifariam peccant : exigentes quidèm, tum quia potestatem hanc injuriã sibi vindicant, quum facultas hocce juramentum, utpotè solenne, deferendi solis legitimis superioribus nobis à Deo datis, aut per hos confitutis competat, quales profectò non sunt *Liber Murator*, quem Magnum ipsi Magistrum appellant, nec Rectores Confessuum particularium, nec omnes illi, sive disjunctim sive conjunctim spectentur: quandoquidèm Societas hæc nullã est publicã auctoritate instituta aut confirmata, quinimò ipsa suspecta cum sit Principibus Ecclesiasticis ac Secularibus, ab his æquis sanctisque legibus, ut sæpè diximus, reproba-tur : tum quia is peccat, qui ab aliò aliquid petit eivè suadet, quod nequit

quit citrà peccatum præstari ; hoc enim est proximum ad peccatum inducere.

XLVII. Exigentes verò simul ac præstantes peccant 1. quia , quum omnes publicæ potestati resistere, seù quod in casu idem est, Societatem , quam legitimi superiores rationabili de causâ vetant, inire jure naturæ prohibeantur , nemo se aliumvè ad illam sectandam poterit juramentò obligare. 2. Quia *Liberi Muratores* , quum vi istius Sacramenti se in casu revelationis secreti crudeliter occidi permisserint, se ipsos in necessitate morali rem promissam , quantumvis malam temporis successu deprehenderint, non repudiandi ultrò citròque constituunt, quod haud dubiè peccatum est. 3. Quia vi jurisjurandi prædicti parati illi sunt , ad quemvis sodalem fœdifragum de mediò propriâ

authoritate tollendum, ut non semel, inquit Vintimilliensis, evenisse ferunt: immò, subjungit idem Vintimilliensis, ex confessione quorundam *Liberorum Muratorum* constat, quendam Societati jam adscriptum à Sodalibus extinctum, quòd ille monitus & ad confessum vocatus, huic interesse noluisse. Porrò habitualis animi dispositio mali faciendi aut in malò persistendi peccatum est.

LXVIII. Postremum hoc ex relatâ jurandi formulâ pronâ necessariâque consequutione deducitur. Quis enim istiusmodi jurisjurandi violatorem interficere debet? Non personæ publicæ, hoc est, Ministri aut executores justitiæ à Principe vel Republicâ constituti, quum nulli hujusmodi apud eos, quippè qui publicâ destituuntur authoritate, sint; ipsi ergò officio accusatoris, res-



testis, fiscalis, Judicis & carnificis  
authoritate privatâ fungentur. Quâ  
profectò potestatis usurpatione in-  
juriam Deo, absoluto vitæ ac necis  
Domino, inferunt, necnon Princi-  
pibus supremis, queis potestatem  
necandi malifactores, utpotè ad bo-  
ni publici conservationem necessa-  
riam per seipfos vel per suos minis-  
tros exerendam Deus ipse concessit.

LXIX. 4. In animam suam, fa-  
mam & corpus peccant: in animam  
quidè, quùm æternam eorum sa-  
lutem negligant, ùti demonstrant  
tot commemorata illorum scelera:  
in famam autèm, immemores enim  
illius Spiritus Sancti præcepti (t) *cu-  
ram habe de bonò nomine*; illam prodi-  
gunt, quùm causa cuique sui com-  
poti sint, ut sinistram de illis opi-  
nionem concipiant ac teneant. Sanè

*Li.*

(t) Eccli. 41. vers. 15.

*Liberi Muratores* mentitô ad testimonium conscientiaæ suæ recursu hanc, quâ aspersi sunt, suspicionis maculam non abstergunt: [nequè enim audiendi sunt, inquit Augustinus, (u) sive viri sancti sive foeminae, quando reprehensi in aliquâ negligentia suâ, per quam fit, ut in malam veniant suspicionem, undè suam vitam longè abesse sciunt, dicunt, sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non impudentèr solùm, verumetiàm crudeliter contemnentés &c.]

LXX. Hinc S. Hieronymus (x) quandam matronam Vercellensem summis laudibus effert, quòd illa à conjugè falsò adulterii accusata, adigi nunquam potuerit, etiàm crudelissimè torta, ut se impacti cri-

(u) *Lib. de bono Viduit. cap. 22.*

(x) *Epist. ad Innoc. de Muliere septiès ista*

minis ream proderet; cujus proinde innocentiam ac pudicitiam insigni Deus miraculô ostendit & confirmavit: siquidè capitis damnata, septièsque à carnifice lethalitèr percussa, illæsa divinitùs permansit, quùm adolescens, qui se hujusce criminis complicem fuerat vi tormentorum confessus, capitis paritèr damnatus primô ictu occubuisse.

LXXI. In corpus verò peccant; manifesto enim discrimini istius vitam committunt, & quidè necessitate nullâ compulsi; nedùm quia eos tanquàm inobedientes, quietisque publicæ perturbatores capite plectere Principes jure possunt; sed etiàm quia pœnam hanc sibi à sodalibus in casu revelationis sigilli infligendam, & quidè nullô fine honestô intercedente, spontè acceptant: nemo autè ex fine etiàm  
ho-

honesto potest sibi mortem propria  
saltem authoritate consciscere, aut  
proprio motu ad eam directe con-  
currere, nisi ad id speciali Spiritus  
Sancti inspiratione determinetur.

LXXII. Quo sane instinctu acta  
est S. Apollonia, quam laudat S.  
Dionysius Alexandrinus apud Euse-  
bium, (y) quæ, nè impia verba, ab  
hostibus insinuata, proferret, in ig-  
nem insiliit & conflagavit. Eodem  
spiritu motæ Pelagia Virgo Antio-  
chena, ejusque mater & sorores, qua-  
rum cultum testatur Baronius, (z)  
aquis sese dederunt, ne libidine fœ-  
darentur. Idem fecisse dicuntur Ber-  
nites & Prosdoces, quas Græci co-  
lunt 4. Octobr. & quarum mortem  
laudat S. Joan. Chrysostronus. (a) In  
Mar-

(y) 6. *Hister. Eccl. cap. 41.*

(z) Ad ann. 309. à num. 12. ad 17.

(a) Tom. 2. *Oper. Homil. 70.*

Martyrologiô Romanô 24. August.  
mentio fit trecentorum Martyrum,  
qui massa candida appellati sunt,  
quique, nè Jovi thus adolerent, sese  
in ignem injecerunt. Danis Scotiam  
invadentibus, Ebba Cœnobii Col-  
linghamensis Abbatissa, ejusque  
exemplô ceteræ sorores sibi vultum,  
nè constuprarentur, deformarunt,  
incesôque à Danis Monasteriô, con-  
crematae sunt, & intèr Martyres co-  
luntur. Adstipulantur exempla ex  
Veteri Testamento: Samson, ut Phi-  
listhæos perderet (b) concussis do-  
mus columnis, sub ruinâ obiit. Eô-  
dem quòque spiritu acti ab aliqui-  
bus dicuntur, sed immeritò, Saul,  
qui, nè ab in circumcisis occide-  
retur (c) *arripuit gladium, & irruit  
super eum*; & Razias, qui nè à Ni-  
canoris militibus comprehende-

(b) Judic. 16. vers. 30.

(c) Reg. 1. cap. 31. vers. 4.

retur , se (d) gladiô petiit.

LXXIII. *Liberi autem Muratores* ad suicidium eodem quô sæculô quartô Circumcelliones , fanaticum hominum genus , vertiginis spiritu aguntur ; qui proindè ad hanc pœnam subeundam sese obligare tutâ conscientîâ nequeunt. Gloriantur quidèm ipsi de persecutione , quam ob suæ societatis defensionem patiuntur : itaût quidam illorum mare , teste Banieriô Epistolam Ultrajectensem citante , in navim ascendant , Angliæ hujusce Societatis ritibus initiandi , ut in natale solum indè redeuntes Martyres efficiantur : hanc tamèn agendi rationem tenentes Marcionitas imitantur , Montanistas , Priscillianistas , Massalianos , Martyrianos eaproptèr dictos , Waldenses , Patarenos eatenùs appellatos , Anabaptistas , Socinianos & alios , qui de suo-

(d) 2. Machab. 14. vers. 41.

suorum Martyrum multitudine gloriabantur: hujus tamèn generis Martyres Baronius (e) SS. Augustinum, Chrysoftomum aliosque PP. sequutus refellit, & meritò quidèm, istiusmodi enim Martyres sunt diaboli, qui, ut notat Augustinus, suos quòque Martyres habet; non Dei, siquidèm Dei Martyrem non supplicium, sèd caussa, verè scilicèt fidei defensio facit, ut Apostolus, inquit Benedictus XIV. (f) quem Deus diù sospitem servet, definivit: (g) *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autèm non habuero, nihil mihi prodest; quod desumpsit ex lege Christi, (h) qui non est mecum, contrà me est, & qui non*

G 2

co-

(e) *In Pref. ad Martyrol. cap. 10.*

(f) *Lib. 3. Synopsis. de Beatif. & Canoniz. cap. 20. Edit. Roman. 1749. pag. 210.*

(g) *1. Corinth. cap. 13. vers. 3.*

(h) *Luc. 11. vers. 23.*

*colligit mecum, dispergit.* Ipsi Martyres Christi summoperè curarunt, ut à falsis hæreticorum Martyribus discernerentur, ut ex Clemente Alexandrinò observat Eusebius. Et Synodus Laodicensis Can. XXXIV. anathematizat confugientes ad hæreticorum Martyres.

LXXIV. 5. Quia immemores Apostoli Timotheum discipulum suum de credendis & agendis ita instituentis: (i) = O Timothee, depositum custodi devitans prophanas vocum novitates & oppositionem falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt, = dum Deum tanquam magnum naturæ Architectum in testem vocant & vocari faciunt, malè audiunt, non solum quia à præscripta & in Ecclesiâ erroris nesciã

(i) Ad Timoth. 6. vers. 20. & 21.



ciâ consuetâ jurandi formulâ abhorrent, sèd quia Deum tanquam Authorem gratiæ & Trinum altô, quum jurant, silentiô obvolvunt, vehementem naufragii circa fidem suspicionem ingenerant.

LXXV. Id profectò suadet hæc, quam recolit Banierius, societatis istius regula seu constitutio: = Lex naturalis, & quicquid ideæ nobis de Deo ac de virtute in genere suggerunt ac præscribunt, inviolatè servanda, quum ad particularia & controversa meditanda descendatur. = Quibus sanè verbis se imitari proposuisse ostendunt non Deistas solum novos Arianos dictos, qui sæculô decimô sextô in Polonia exorti, Galliamque irrupentes, Lugduni ann. 1566. suas impias assertiones ita obscuras ac variables divulgant, ut quid exprimere vellent, ægrè perciperetur; sèd & Deistas

illos, qui sinè lege, sinè pietate, sinè religione, ità circà Dei existentiam errant, ut ab Atheis tantummodò differant, quòd Deum quidèm existere teneant, & colendum credant; colendi tamèn ritum ac modum unicuique liberum, atque unò rationis lumine definiendum contendant.

LXXVI. Ceterùm Apostolus (k) cavere ab hominibus monet, qui religionem sentiunt, philosophandò, eligendam. Porrò principia philosophica, quùm vim, ut schola loquitur, verificativam & illativam naturæ terminis dumtaxat contineant, exque humanæ scientiæ experimentis sive observationibus hauriant, in mysteriis fidei, Catholico-Romanæ, sinè quâ nemo salvari potest, locum habere non possunt: ista,

(k) Coloss. 2. vers. 8.

ista enim, quàm suprâ naturam sint, atque omnia naturalia principia superent, omnem quòque naturalem cognitionem excedunt.

LXXVII. Dixi: *sinè quâ nemo salvari potest*: ait enim Apostolus (l) *unus Dominus, una Fides, unum Baptisma*: (m) *doctrinis variis & peregrinis nolite abduci*: Petrus autem Spiritu-Sanctô repletus, de Jesu Christô Nazarenô differens inquit, (n) *& non est in aliô aliquô salus*. Sanè, si unusquisque salvari in suâ sectâ valeret, frustrâ & Patres ex totô orbe non sinè magnâ eorum jacturâ ac dispendiô in Conciliis fuissent congregati, & Ecclesia hæreticos anathemate à suô cœtu ablegasset, & non tot quàm plures Christiani, ne hære-

G 4

ti.

(l) Ephes. 4. vers. 5.

(m) Hebræor. 13. vers. 9.

(n) Act. 4. vers. 12.


ticorum sectas profiterentur, exilia, tormenta, & mortem etiã ipsam tantã alacritate, Deo desupèr adjuvante, subissent.

LXXVIII. 6. Deniquè peccant, quia hõcce juramentõ promittitur res de malõ suspecta, evidenti periculo mali aliquid audendi exposita, &, quia mala, vetita. Quarè ejusmodi promissarius duplex peccatum mortale perpetrat; alterum, quòd rem gravitèr malam velit, contrà religionem alterum: est enim gravis in Deum irreverentia, se in proposito eum gravitèr offendendi, Dei ipsius authoritate ac testimoniõ obfirmare; cùm hoc gravis sit Dei nominis abusus & authoritatis: imò si promissarius in casu rem promissam exequatur, tertio lethalitèr peccat, cùm rem gravitèr illicitam exerceat. Certè jusjurandum, quippè quod vinculum iniquitatis non est, in hy-

po-

pothesi nec obligat, nec obligare potest: nemo enim valet ad peccandum obligari, nisi ad impossibile, sive ad duo contradictoria simul obligatus asseratur, quum quilibet ad non peccandum teneatur.

LXXIX. Hæc itaque sunt, benevole Lector, quæ præ tenuitate meâ exponere potui, ut *Liberos Muratores* à viis perditionis abducerem, quas Patres Galli trium Provinciarum, putà Narbonensis, Tolosanæ, & Auscensis, *Liberos Muratores* in Conciliô Vaurenfi ann. à Christo 1368. sub Urbanô V. præsentientes, sequenti Canone ordine XIV. ad vivum adumbrant, justâque Sanctione perstringunt.

LXXX.  Itè, quia ex præ-  
vô abusu in quibusdam Provin-  
ciarum nostrarum partibus inole-  
vit, quòd nobiles plerùmque, &  
interdùm alii colligationes, socie-  
ta-

33 tates & congregationes faciunt,  
 33 tam canonicis, quàm humanis le-  
 33 gibus interdictas, semèl in annò  
 33 sub Confratriæ nomine se in locò  
 33 aliquò congregantes, ubi congrega-  
 33 tiones, conventicula & colliga-  
 33 tiones faciunt, & pacta juramentò  
 33 vallata ineunt: quòd se adversùs  
 33 quoscumque dominos suos adin-  
 33 vicem adjuvent, & interdum ves-  
 33 te consimili cum aliquibus signis  
 33 exquisitis vel characteribus in-  
 33 duentes, unum aliquem majo-  
 33 rem inter se eligunt, cui jurant in  
 33 omnibus obedire: ex quibus jus-  
 33 titia offenditur, mortes, & de-  
 33 prædationes sequuntur, pax &  
 33 securitas exulat, innocentes ino-  
 33 pes opprimuntur, & Ecclesiasticæ  
 33 personæ, quibus tales oppidò sunt  
 33 infesti in personis, juribus & jurif-  
 33 dictionibus injurias diversas &  
 33 damna plurima patiuntur: Nos

5, volentes iis ausibus pestiferis &  
,, conatibus perversis extemplò oc-  
,, currere, & de remediò possibili  
,, providere, atque à peccatò sub-  
,, ditos nostros, prout ex pastoralì  
,, incumbit officiò, cohibere, au-  
,, thoritate præsentis Concilii om-  
,, nes conventiculas, colligationes,  
,, societates & conjurationes, quas  
,, Confraternitates & Confratrias  
,, appellant, abolim factas per Cle-  
,, ricos aut laicos cujuscumque gra-  
,, dus, status, dignitatis vel condi-  
,, tionis existant, nec non prædictas  
,, conventiones, ordinationes &  
,, pacta inter eos inita & habita ir-  
,, ritamus, dissolvimus & cassamus,  
,, & cassas & cassa, irritas & irrita  
,, nunciamus, decernentes, omnia  
,, juramenta supèr observandis præ-  
,, dictis præstita, aut illicita aut te-  
,, meraria: Nullum teneri volumus  
,, ad observantiam eorundem: à  
,, qui-

„ quibus juramentis eos etiã relã  
 „ xamus : ut tamẽ pro incautõ ju-  
 „ ramentõ à suis Confessoribus pœ-  
 „ nitentiam suscipiant salutarem.  
 „ autoritate prædictã prohibentes  
 „ eisdem sub excommunicationis  
 „ pœnã, quam venientes in contra-  
 „ rium, postquã præsens statutum  
 „ in Ecclesiis, quarum sunt Paro-  
 „ chiani, fuerit per duos dies do-  
 „ minicos publicatum, incurrere  
 „ volumus, ipsõ factõ, quõd occa-  
 „ sione prædictarum colligationum,  
 „ societatum, conventionum & ju-  
 „ ramentorum ab indẽ in antea si-  
 „ mul non conveniant, hujusmodi  
 „ confraternitates non faciant, alter  
 „ alteri non obediat : nec præstet  
 „ adjutorium nec favorem, nec ves-  
 „ tes, signa rei jam damnatã, præ-  
 „ bentes deferant, nec se Confra-  
 „ tres, Abbates vel Priores prædictã  
 „ societatis appellent; quinimõ intrã  
 „ de-



decem dies à tempore prædictæ  
publicationis unusquisque aliàs,  
quantum est in eò, à præstitis ju-  
ramentis relaxet, & se nolle de  
prædictâ societate ulterius existe-  
re publicè protestetur. Prohibe-  
mus etiàm quòd amodò tales con-  
juraciones, conspiraciones, con-  
venticula etiàm sub nomine Con-  
fratriæ non fiant. Aliòqui de factò  
attentatas cassamus & irritamus,  
& facientes & attentantes excom-  
municationi, à quâ nisi pèr suum  
Ordinarium, præterquàm in mor-  
tis articulò, nullatenùs absolvan-  
tur, volumus subjacere. Per hoc  
autèm Confraternitates olim in  
honorem Dei, & B. Mariæ & alio-  
rum Sanctorum, & pro subsidiis  
pauperum introductas, in quibus  
conjuraciones & juramenta non  
intervenerunt hujusmodi, non in-  
tendimus reprobare.

## APPENDIX.

**Q**Uùm postremæ istius Opus-  
 culi paginæ sub prælo suda-  
 rent, vir illustris, eruditus ac  
 pius relationem hanc ex litteris Nea-  
 poli ad curiam Madritensem exara-  
 tis ac directis exscriptam mihi sup-  
 peditavit : = Rex utriusque Siciliae  
 secretum sodalitatis *Liberorum Mura-*  
*torum*, ejusdemque intrâ ditionem  
 suam sodales detexit, quos intèr  
 nonnulli deprehensi dicuntur, quùm  
 Principes, tum Equestris Ordinis S.  
 Januarii, imò & quidam Episcopus.  
 Pientissimus tamèn Rex omnes *Li-*  
*beros Muratores* sibi subditos istius  
 sectæ errores ejurare coegit, ac jure  
 gladii eos in casu relapsus coercen-  
 dos indixit. Prætereà Magnus Turca-  
 rum Imperator monitus, domum  
 CPoli destinatam exstare ceremo-  
 niis hujusce societatis exercendis,  
 eam

eam unà cum sodalibus ibi congregatis flammis consumendam præcepit. Id autèm quùm executioni fuerit mandatum, Oratores Principum supremorum certos reddidit, eorum quòque domus eandem fortunam subituras, si hujuscemodi sodalitia in eis tolerarent. = Hæc certè, si vera sunt, & hæctenùs dicta confirmant, & supremos Principes compellunt, ut vèl exemplò M. Turcarum Imperatoris nomen etiam *Liberorum Muratorum* insectentur, ac perhorrescant.

FINIS.

BULLÆ

## BULLÆ S. S. P. P.

Clementis XII. ac Benedicti  
XIV. adversùs *Liberos*  
*Muratores.*

*Benedictus Episcopus Servus Ser-  
vorum Dei ad perpetuam rei  
memoriam.*

**P**ROVIDAS Romanorum Pontifi-  
cum Prædecessorum nostro-  
rum leges, atque Sanctiones non so-  
lùm eas, quarum vigorem, vèl tem-  
porum lapsu, vèl hominum ne-  
glectu labefactari, aut extingui posse  
veremur, sed eas etiàm, quæ re-  
centem vim plenumque obtinent ro-  
bur, justis, gravibusque, id exigen-  
tibus causis novô authoritatis nos-  
træ munimine roborandas, confir-  
mandasque censemus.

Sanè fel. recordationis Prædeces-  
sor

ſor noſter Clemens PP. XII. per ſuas  
Apoſtolicas litteras annò Incarnatio-  
nis Dominicæ MDCCXXXVIII.  
IV. Kalend. Maij, Pontificatus ſui an-  
nò VIII. datas & univerſis Chriſti-  
fidelibus inſcriptas, quarum initium  
eſt: *In eminenti*, nonnullas Societa-  
tes, Cœtus, Conventus, Collectio-  
nes, Conventicula, ſeù Aggregatio-  
nes, vulgò *de' Liberi Muratori*, ſeù *des*  
*Francs-Maſſons*, vèl alitèr nuncupatas  
in quibuſdam Regionibus tunc latè  
diffuſas, atque in dies invaleſcentes  
perpetuò damnavit, atque prohi-  
buit, præcipiens omnibus, & ſingu-  
lis Chriſtifidelibus ſub pœnâ ex-  
communicationis ipſò factò abſque  
ulla declaratione incurrendâ, à quâ  
nemo pèr alium, quàm pèr Roma-  
num Pontificem prò tempore exiſ-  
tentem, exceptò mortis articulò,  
abſolvi poſſet, ne quis auderet, vèl  
præſumeret huiuſmodi Societates

inire, vèl propagare, aut confovere, receptare, occultare iisque adscribi, aggregari, aut interesse, & alias, prout in eisdem litteris latius, & uberiorius continetur, quarum tenor talis est, videlicet:

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christifidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem. In eminenti Apostolatus speculâ meritis licet imparibus divina disponente clementiâ constituti, juxtâ creditum Nobis Pastoralis providentiæ debitum, jugi (quantum ex altô conceditur) sollicitudinis studiô iis intendimus, per quæ erroribus vitiisque aditu interclusô, Orthodoxæ Religionis potissimùm servetur integritas, atque ab universô Catholicô Orbe difficillimis hisce temporibus perturbationum pericula propellantur.

Sanè, vèl ipsô rumore publicô  
nun-

nuntiante Nobis , innotuit longè, latèque progredi, atque in dies invalescere nonnullas Societates , Cœtus , Conventus , Collectiones , Aggregationes , seù Conventicula vulgò *de' Liberi Muratori* , seù *Francs-Massons* , aut aliâ quâvis nomenclaturâ pro Idiomatum varietate nuncupata , in quibus cujuscumque Religionis , & sectæ homines affectatâ quâdam contenti honestatis naturalis specie, arctô æque, atque imperviô fœdere secundùm leges & statuta , sibi condita invicem confociantur , quæque simul clam operantur , tum districtô jurejurandô ad sacra Biblia interpositô , tum gravium pœnarum exaggeratione inviolabili silentiô obtegere adstringuntur.

Verùm cum ea sit sceleris natura, ut seipsum prodat , & clamorem edat sui indicem , hinc Societates,

seu Conventicula prædicta vehementem adeò fidelibus mentibus suspicionem ingesserunt, ut iisdem Aggregationibus nomen dare apud prudentes, & probos idem omninò sit, ac pravitatis, & perversionis notam incurrere; nisi enim malè agerent, tantò nequaquam odiò lucem haberent. Qui quidè rumor eòusque percrebuit, ut in plurimis Regionibus memoratæ Societates per sæculi Potestates, tamquam Regnorum securitati adversantes proscriptæ, ac providè eliminatæ jàmpridem extiterint.

Nos itaque animò volentes gravissima damna, quæ ut plurimum, ex hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis nedùm temporalis Reipublicæ tranquillitati, verumetiam spirituali animarum salutis inferuntur, atque idcirco tum civilibus, cum canonicis minimè coherere

Sanc-



Sanctionibus; cum divinô eloquiô  
doceamur, diù, noctuque more  
fervi fidelis & prudentis Dominicæ  
familiæ præpositi, vigilandum esse,  
ne hujusmodi hominum genus ve-  
luti fures domum perfodiant, atque  
instâr vulpium vineam demoliri ni-  
tantur, nè videlicet, simplicium  
corda pervertant, atque innoxios  
sagittent in occultis; ad latissimam,  
quæ iniquitatibus impunè patrandis  
inde aperiri posset, viam obstruen-  
dam, aliisque de justis ac rationa-  
bilibus causis Nobis notis, easdem  
Societates, Cœtus, Conventus, Col-  
lectiones, Aggregationes, seu Con-  
venticula *de Liberi Muratori*, seu  
*Francs-Massons*, aut aliô quôcumque  
nomine appellata, de nonnullorum  
Venerabilium Fratrum nostrorum  
S. R. E. Cardinalium consiliô, at-  
que etiâ motu propriô, & ex certâ  
scientiâ ac maturâ deliberatione

nostris , deque Apostolicæ potestatis plenitudine damnanda , & prohibenda esse statuimus , & decrevimus , prout præsentis nostræ perpetuò valituræ Constitutione damnamus , & prohibemus.

Quo circà omnibus , & singulis Chriitofidelibus cujuscumque status , gradus , conditionis , ordinis , dignitatis , & præminentia , sive Laicis , vel Clericis , tam Secularibus quàm Regularibus , etiàm specificâ , & individuâ mentione , & expressione dignis , districtè & in virtute sanctæ obedientia præcipimus , nè quis sub quòvis prætextu , aut quæsitò colore audeat vel præsumat prædictas Societates *de Liberi Muratori* , seù *Francs-Massons* , aut aliàs nuncupatas inire , vel propagare , confovere , atque in suis ædibus seù domibus , vel alibi receptare , atque occultare , iis adscribi , aggregari , aut

aùt interesse , vèl potestatem , seù commoditatem facere , ut alicùbi convocentur , iisdem aliquid ministrare , sivè aliàs consilium , auxilium , vèl favorem palàm aùt in occultò , directè vèl indirectè , pèr se vèl pèr alios quoquò modò præstare ; nec non alios hortari , inducere , provocare , aùt suadere , ut hujusmodi Societatibus adscribantur , annumerentur , seù intersint , vèl ipsas quomodolibèt juvent , ac foveant , sèd omninò ab iisdem Societatibus , Coetibus , Conventibus , Collectionibus , Aggregationibus , seù Conventiculis prorsùs abstinere se debeant , sub pœnâ excommunicationis pèr omnes , ut suprâ contrafacientes , ipsò factò absque ullâ declaratione incurrendâ , à quâ nemo pèr quemquam , nisi per Nos , seù Romanum Pontificem prò tempore existentem , præterquàm in articulò mortis conf-

titutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Volumus insupèr & mandamus, ut tam Episcopi, & Prælati Superiores, aliique locorum Ordinarii, quàm hæreticæ pravitatis ubiquè locorum deputati Inquisitores adversus transgressores, cujuscumque sint status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, vèl præminentia procedant & inquirent, eosque tamquam de hæresi vehementè suspectos, condignis pœnis puniant, atque coerceant. Iis enim, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi & inquirendi, ac condignis pœnis coercendi, & puniendi, invocato etiàm ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxiliò, liberam facultatem tribuimus, & impartimur. Volumus autèm, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus No-

tarri publici subscriptis , & sigillò personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis , eadem fides prorsùs adhibeatur , quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur , si forent exhibitæ vèl ostensæ. Nulli ergò hominum liceat , hanc paginam nostræ declarationis , damnationis , mandati , prohibitionis , & interdictionis infringere , vèl ei ausu temerariò contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumpserit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem annò Incarnationis Dominicæ MDCCXXXVIII. IV. Kalend. Maij, Pontificatus nostri annò VIII.

Cùm autèm sicut accepimus , aliqui fuerint , qui asserere , ac vulgò jactare non dubitaverint , dictam excommunicationis pœnam à Præ-

de-

decessore nostrô, ut præfertur, impositam non ampliùs afficere, propterea quòd ipsa præinserta Constitutio à nobis confirmata non fuerit; quasi verò pro Apostolicarum Constitutionum à Prædecessore editarum subsistentiâ Pontificis successoris expressa confirmatio requiratur.

Cùmque etiàm à nonnullis piis, ac Deum timentibus Viris Nobis insinuatam fuerit, ad omnia calumniantium subterfugia tollenda, declarandamque animi nostri cum ejusdem Prædecessoris mente, ac voluntate uniformitatem, magno perè expediens fore, ut ejusdem Prædecessoris Constitutioni novum confirmationis nostræ suffragium adjungeremus.

Nos licèt hucusquè, dùm pluribus Christifidelibus de violatis ejusdem Constitutionis legibus verè  
pœ-

pœnitentibus, atque dolentibus, seque à damnatis hujusmodi Societatibus, seù Conventiculis omninò recessuros, & nunquàm in posterum ad illas, & illa redituros ex animò profitentibus absolutionem ab incursâ excommunicatione, tum antea sæpè, tum maximè elapsò Jubilæi annò, benignè concessimus, seù dùm facultatem Pœnitentiariis à Nobis deputatis communicavimus, ut hujusmodi pœnitentibus, qui ad ipsos confugerent, eandem absolutionem nostrò nomine, & authoritate impertiri valerent; dùm etiàm sollicitò vigilantia studio infatigare non prætermisimus, ut à competentibus Judicibus, & Tribunalibus adversùs ejusdem Constitutionis violatores pro delicti mensurâ procederetur, quod & ab eis reipsa sæpè præstitum fuit, non quidem probabilia dumtaxat, sed planè evidentes.

dentia, & indubitata argumenta dederimus, ex quibus animi nostri sensus, ac firma, & deliberata voluntas quoad censuræ per dictum Clementem Prædecessorem, ut præfertur, impositæ vigorem, & subsistentiam, satis apertè inferri debuerant. Si quæ autèm contraria de Nobis opinio circumferretur, Nos eam securi contemnere possemus, causamque nostram iusto Dei Omnipotentis iudicio relinquere ea verba usurpantes, quæ olim inter sacras Actiones recitata fuisse constat: *Presta quæsumus Domine, ut mentium reprobarum non curemus obloquium, sed eadem pravitate calcatâ exoramus, ut nec terri nos lacerationibus patiaris injustis, nec captiosis adulationibus implicari, sed potius amare quod precipis: ut habet antiquum Missale, quod Sancto Gelasio Prædecessori nostro tribuitur, & à Venerabili S. D. Jo-*



sepho Mariâ Cardinali Thomasiô editum fuit in Missâ, quæ inscribitur: *Contra obloquentes.*

Ne tamèn aliquid per Nos improvidè prætermissum dici valeret, quò facilè possemus mendacibus calumniis fomentum adimere atque os obstruere; auditò priùs nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consiliò, eandem Prædecessoris nostri Constitutionem præsentibus, ut supra de verbò ad verbum insertam in formâ specificâ, quæ omnium amplissima, & efficacissima habetur, confirmare decrevimus, prout eam ex certâ scientiâ, & Apostolicæ authoritatis nostræ plenitudine earundem præsentium litterarum tenore in omnibus & per omnia perindè ac si in Nostris motu proprio, authoritate, ac nomine primùm edita fuisset, confirmamus,

roboramus, & innovamus, ac perpetuam vim, & efficaciam habere volumus, & decernimus.

Porro inter gravissimas præfatæ prohibitionis, & damnationis causas in præinfertâ Constitutione enuntiata una est, quòd in hujusmodi Societatibus, & Conventiculis cujuscumque Religionis, ac sectæ homines invicem confociantur, quâ ex re fati patet, quàm magna pernicietas Catholicæ Religionis puritati inferri valeat. Altera est arctum, & impervium secreti fœdus, quò occultantur ea, quæ in hujusmodi Conventiculis fiunt, quibus proinde ea sententia meritò aptari potest, quam Cœcilius Natalis apud Minutium Felicem in causâ nimium diversâ protulit: *honestæ semper publicò gaudent, scelera secreta sunt.* Tertia est jusjurandum, quò se hujusmodi secreto inviolabiliter servando ad-

trin-

tringunt, quaſi liceat alicui cujuſlibet promiſſionis, aut juramenti obtentu ſe tueri, quominuſ à legitimâ poteſtate interrogatus, omnia fateri teneatur, quæcumque exquiruntur ad dignoſcendum an aliquid in hujusmodi Conventibus fiat, quod ſit contra Religionis aut Reipublicæ ſtatum, & leges. Quarta eſt, quòd hujusmodi Societates non minuſ Civilibus, quàm Canonicis Sanctionibus adverſari dignoſcuntur, cum ſcilicèt jure civili omnia Collegia, & Sodalitia præter publicam auctoritatem conſociata prohibeantur, ut videre eſt in Pandectarum libro XLVII. tit. XXII. de Collegiis, & Corporibus illicitis, & in celebri Epistoſâ C. Plinii Cæcilii Secundi, quæ eſt XCVII. lib. X. in quâ ait, Ediçtò ſuò, ſecundùm Imperatoris mandata vetitum fuiſſe ne Hetariæ eſſent, id eſt, ne Societates, & Conventus ſine Prin-

Principis authoritate iniri, & haberi possent. Quinta est, quæ jam in pluribus Regionibus memoratæ Societates, & Aggregationes Secularium Principum legibus proscriptæ, atque eliminatæ fuerant. Ultima demum, quòd apud prudentes, & probos viros eadem Societates, & Aggregationes malè audirent, eorumque judiciò quicumque eisdem nomina darent, pravitatis, & perversiõnis notam incurrerent.

Deniquè idem Prædecessor in præinfertâ Constitutione Episcopos, & Superiores Prælatos aliosque locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executioni (si opus fuerit) brachii secularis auxilium invocare non prætermittant.

Quæ omnia & singula, non solum à Nobis approbantur & confirmantur, eisdemque Ecclesiasticis Superioribus respectivè commendantur

tur, & injunguntur; verumetiã  
 Nos ipsi prò Apostolicæ solitudi-  
 nis officiò præsentibus nostris litte-  
 ris Catholicorum Principum, om-  
 niumque Secularium Potestatum  
 opem, auxiliumque ad præmissor-  
 um effectum invocamus, & enixò  
 studiò requirimus; quùm ipsi Su-  
 premi Principes & Potestates electi  
 sint à Deo Defensores fidei, Eccle-  
 siæque Protectores, ideòque eorum  
 munus sit idoneis quibusque ratio-  
 nibus efficere, ut Apostolicis Con-  
 stitutionibus debitum obsequium,  
 & omnimoda observantia præste-  
 tur; quod iis in memoriam revo-  
 carunt Tridentinæ Synodi Patres  
*sess. XXV. cap. XX.* multòque antea  
 egregiè declaraverat Imperator Ca-  
 rolus Magnus *suorum Capitularium*  
*tit. I. cap. 2.* ubi post demandatam  
 omnibus sibi subditis Ecclesiastica-  
 rum Sanctionum observantiam, hæc

addidit : *Nam nullò pacto agnoscere possumus, qualiter Nobis fideles existere possunt, qui Deo infideles, & suis Sacerdotibus inobedientes apparuerint. Quapropter cunctis ditionum suarum Præsidibus, & Ministris injungens, ut omnes, & singulos ad debitam obedientiam Ecclesiæ legibus exhibendam omninò compellerent, gravissimas quoquè pœnas adversus eos indixit, qui hoc præstare negligerent, subdens inter alia : Qui autem in iis (quod absit) aut negligentes, eisque inobedientes fuerint inventi, sciant se neque in nostrò Imperiò honores retinere, licèt etiàm filii nostri fuerint, nequè in Palatiò locum, nequè nobiscum, aut cum nostris societatem, aut communionem ullam habere, sèd magis sub districtione, & ariditate pœnas luent.*

Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiàm impressis manu alicujus Notarii publici sub-

subscriptis , & sigillô personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis , eadem prorsùs fides adhibeatur , quæ ipsis originalibus literis adhiberetur , si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis , innovationis , approbationis , commissiois , invocationis , requisitionis , decreti , & voluntatis infringere vel ei ausu temerariò contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem annò Incarnationis Dominicæ millesimò septingentesimò quinquagesimò primò , quintò decimò Kalendas Junii , Pontificatus nostri annò undecimò. D. Card.

Pafsioneus = J. Dattarius = Vifsâ.  
 De Curiâ. J. C. Boschi. Loco ✠  
 plumbi. J. B. Eugenius. Registrata  
 in Secretariâ Brevium.

Annô à Nativitate Domini nostri  
 Jesu Christi millesimô septingente-  
 simô quinquagesimô primô , Indic-  
 tione decimâ quartâ , die verò 28.  
 mensis Maij, Pontificatus autem SS.  
 in Christô Patris, & Domini nostri,  
 Domini Benedicti Divinâ Providen-  
 tiâ Papæ XIV. annô undecimô , su-  
 pradiâta Constitutio affixa , & pu-  
 blicata fuit ad Valvas Basilicæ Late-  
 ranensis, & Principis Apostolorum,  
 & Cancellariæ Apostolicæ , Curia-  
 que Generalis in Monte Citatoriô &  
 in Acie Campi Floræ , atque in aliis  
 locis solitis , & consuetis Urbis per  
 me Franciscum Barttolotti Apost.  
 Curs. = Antonius Befani Mag. Curs.



## EDICTUM REGIS NOSTRI

Catholici adversus eosdem.

**H**Allandome informado de que la invencion de los que se llaman *Franc-Masones*, es sospechosa à la Religion, y al Estado, y que como tal està prohibida por la Santa Sede debaxo de Excomunion, y tambien por las Leyes de estos Reynos, que impiden las Congregaciones de muchedumbre, no confutando sus fines, è institutos à su Soberano: He resuelto atajar tan graves inconvenientes con toda mi autoridad; y en su consequencia prohibo en todos mis Reynos las Congregaciones de los *Franc-Masones*, debaxo de la pena de mi Real indignacion, y de las demàs que tuviere por conveniente imponer à los que incurrieren en esta culpa:

Y

Y mando al Consejo , que haga publicar esta prohibicion por Edicto en estos mis Reynos , encargando en su observancia al zelo de los Intendentes , Corregidores , y Justicias , aseguren à los contraventores , dandoseme cuenta de los que fueren por medio del mismo Consejo , para que sufran las penas , que merezca el escarmiento : En inteligencia , de que he prevenido à los Capitanes Generales , à los Governadores de Plazas , Gefes Militares , è Intendentes de mis Exercitos , y Armada Naval , hagan notoria , y zelen la citada prohibicion , imponiendo à qualquiera Oficial , ò Individuo de su jurisdiccion , mezclado , ò que se mezclare en esta Congregacion , la pena de privarle , y arrojarle de su empleo con ignominia. Tendràse

en-

entendido en el Consejo , y dis-  
pondrà su cumplimiento en la par-  
te que le toca. En Aranjuez à dos  
de Julio de mil setecientos y cin-  
quenta y uno. Al Obispo Gover-  
nador del Consejo.



137  
entendido en el Consejo, y dis-  
poner su cumplimiento en la par-  
te que le toca. En Atlixco á dos  
de Julio de mil seiscientos y cin-  
quenta y uno. Al Obispo Gover-  
nador del Consejo.

que se de las cosas que  
fueren por el mismo Con-  
sejo, para que se las ponga, que  
mereca el cumplimiento: En in-  
teligencia, de que he prevenido á  
los Capitanes Generales, á los Go-  
bernadores de Plaza, Gefes Milita-  
res, y Comandantes de sus exer-  
citos, y Armadas Reales, hasta  
notoria, y zeta la dicha prohibi-  
cion, imponiendo á qualquiera  
Oficial, ó Individuo de su jurisdic-  
cion, mezclada, ó que se mez-  
clare en esta Congregacion, la pe-  
na de privarle, y arrojarse de su  
empleo, con ignominia. Tendrá

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
0  
A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
0






1882

282

09

LESLIE B. BROWN

NEW YORK





G-E 592

592

12/15